

In nomine sancte trinitatis: incipit prologus primus venerabilis fratris Nicolai de Lyra ordinis seraphici Francisci de comendatione sacre scripture in generali.

Et omnia li

ber vite etc. Eccl. xliij. fm q dicit beatus Hieronimus: Temporalis vita eterne vite comparata: mors est potius dicenda quam vita. Scie ad a philosophis tradite ordinantur ad finem consequendum in presenti vita. quia scientie practice ab eis tradite ordinantur ad felicitatem politicam: loquendo de politica presentis vite. Similiter scientie speculative ordinantur ad felicitatem contemplatiuam: loquendo de contemplatione que potest haberi in vita presentis: et per viam nature que dependet ex fantasmate. Unde dicitur. iij. de aia. q intelligentibus nobis necesse est fantasmata simul speculari. et de tali speculatione dicitur ibidem: q intel ligere corrumpitur in nobis: quodaz interius corrupto. Sacra scriptura enim ordinatur ad felicitatem vite future quam phi ne sciuerunt: fm q dicit beatus Hieronymus in epistola ad Paulinum de omnibus sacre scripture libris: Hoc doctus Plato ne sciuit: hoc demosthenes eloquens ignorauit. Et quibus concluditur q libri a philosophis descripti continent scientias ordinatas ad finem in hac temporalis vita tantummodo naturaliter consequendum: si comparentur ad libros sacre scripture: que ordinantur ad finem eterne vite: magis sunt dicendi libri mortis quam vite. sed liber continens sacram scripturam: que licet in multis libris partialibus diuidatur: sub vno tamen libro continetur: qui nomine generali liber vite proprie nominatur: fm q dicitur in verbo preassumpto: Hec omnia etc. in quo sacra scriptura quadrupliciter describitur fm quattuor excellentias quibus omnem scripturam aliam excellit. Primo enim describitur vt singularis eminentie: qd notat pronomen singulare cum dicitur: hec. Secundo de scribitur vt generalis continentie: qd ostendit signum vniuersale: cu dicitur: omnia. Tertio vt specularis intelligentie: qd de notat conditio libri: cum dicitur: liber. Quarto vt salutaris efficaciet: quod ostendit consecutio finis intenti cum dicitur: vite. Circa primam sciendum q vna scientia eminentior est altera seu honorabilior duplici de causa: vt habetur. i. de aia. Una est: quia est de nobiliori subiecto. Alia: quia pcedit certiori modo. Et ppter vtrazq sacra scriptura que proprie theologia dicitur: cu ipsa sola sit textus huius scientie omnes scientias alias antecellit. Pri mo quia habet deum pro subiecto qui est in summo totius nobilitatis: ppter qd nominatur theologia: quasi sermo de deo. Secundo: quia procedit modo certiori. Alie enim scientie humani re pte pcedunt per inuestigationem rationis humane: in q qde pces su licet non sit error certum ad cognitionem primorum principiorum que sunt per se nota: fm q dicitur. iij. Metaph. In foribus quis de linquet: tamen in deductione conclusionum ex principis potest esse error: maxime certum ad conclusiones a primis principis longinqs. vnde et in tali processu omnes philosophi innitentes tamen humane inuestigationi inueniuntur errasse. et ideo de singulari eminentia huius scientie dicitur Deo. iij. a. Hec est sapientia vestra et intellectus coram populis. Sapientia enim dicitur proprie illa scientia que considerat altissimas causas: vt habet. i. Metaph. Sacra vero scriptura habet deum pro subiecto: vt dictum est: qui est prima causa simpliciter omnium: et ideo proprie dicitur sapientia. sed conuenienter additur vestra. ad distinguendum sapientiam sanctorum seu catholicorum: que est ipsa sacra scriptura: a sapientia philosophorum. et hoc potissime in duobus: videlicet in proprietatibus de deo cognitis: et in fine cognitionis. Licet enim philosophi habuerint cognitionem de deo: hoc tamen solum fuit certum ad proprietates que de ipso possunt concludi per inuestigationem rationis procedentem ex creaturis: sicut phs. xij. Metaph. pbat eius vnitatem. et viij. Phis. virtutis infinitatem. et sic de similibus. Sed prophete et apostoli sancti qui hanc scripturam nobis tradiderunt per reuelationem spiritus sancti habuerunt cognitionem de proprietatibus diuinis transcendentibus inuestigationem rationis: vt de pluralitate personarum et earum distinctione in vni.

in vnitatem essentialem: et consimilibus. Item philosophi cognitionem de deo habitam non ordinauerunt ad alium finem: sed ipsam quesierunt propter ipsum speculari tantum in quantum est perfectio ipsorum cognoscere. Cognitio autem dei que in sacra scriptura traditur: ad hoc principalem querit vt per ipsam ipse specularis seu contemplans ferat in amore ipsi obiecti cogniti. s. dei: ipsum super se et super omnia diligendo. et propter hoc saluator dicitur. Matt. xxij. dicit q in duobus preceptis charitatis tota lex pcedet et pphete. et aplos. i. Primo. i. b. Finis precepti est charitas de corde puro: et conscientia bona: ac fide non ficta. Et quia phi suo sensu innitentes hunc finem non attenderunt: ideo errauerunt: propter qd eorum sapientia insipientia nominatur: ad Rom. i. c. Qui cum deum cognouissent: non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt: sed euauerunt in cogitationibus suis: et obscuratum est insipiens cor eorum: dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt. Sed quoniam sacra scriptura non solum expellit alias in quantum est de subiecto nobiliori: sed etiam in quantum pcedit modo certiori: videlicet per diuinam reuelationem cui non potest subesse falsum: ideo subditur in auctoritate premissa: Et intellectus coram populis. Intellectus enim proprie dicitur habitus principiorum: circa que non est error: vt iam dictum est: propter qd illud quod concludit directe ex illis: iudicatur simpliciter esse verum: et quod inuenit eis repugnans: iudicatur simpliciter esse falsum. Ita similiter quicquid ex sacra scriptura manifeste concludit: verum iudicatur: quod autem ei repugnat: falsum simpliciter reputatur. et ideo sacra scriptura non solum vocatur sapientia: sed etiam cum hoc intellectus: vnde dicitur. Eccl. xv. a. Implebit eum spiritus sapientie et intellectus. et Colos. i. b. Impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia et intellectu etc. et sic patet primum. Circa secundam considerationem q sub consideratione alicuius scientie non solum cadit subiectum sed etiam ea que habent attributionem ad ipsum: vt habet iij. Metaph. sicut sub consideratione medici non solum cadit sanitas vel corpus sanabile: sed etiam vna in quantum est indicatio sanitatis: et potio in quantum est factiua eius: et dieta in quantum est ipsius preseruatua: et sic de alijs. Omnia autem creata habent attributionem ad ipsum deum que est huius scientie subiectum: propter qd ista scientia est quodammodo consideratiua omnium: in quo apparet eius continentia generalis que notat in verbo primitus preassumpto. cuius dicitur: Omnia. de quo potest exponi: quod dicitur. Sap. i. b. Hoc quod pertinet omnia scientiam habet vocis. vt sit sensus: Hoc. s. volumine sacre scripture. que licet diuidatur in plures libros partiales: tamen rediguntur in vno volumine quod Biblia appellatur. Continet omnia que hec scientia est quodammodo omnium consideratiua. Scientia habet vocis. de proprietate vocis est: que sit sibi significatiua: et proprium est sacre scripture que sit diuini verbi expressiua: fm q manifeste habet Ioh. i. a. In principio erat verbum etc. Et que per verbum omnia facta sunt: vt ibidem subditur. ideo omnia sub consideratione huius scientie continentur: non tamen sub proprijs rationibus singulorum: quia hoc pertinet ad scientias particulares et humanitas inuentas. sed in quantum ex omnibus creaturam inducitur in cognitionem et dilectionem dei per veram fidem charitate formatam: ad quam consideratio huius scientie ordinatur: vt predictum est. Et hoc est quod dicit Aug. xliij. de trinitate. ca. i. Non vniuersum quicquid sciri potest ab homine in rebus humanis vbi plurimum superuacue vanitatis et noxie curiositatis est: huic scientie tribuens: sed illud tantummodo quo fides saluberrima que ad veram beatitudinem ducit: gignit: nutritur: defendit et roboratur. vnde et Ioh. xvi. c. saluator loquens de spiritu sancto cuius reuelatione tradita est hec scriptura dicit: Docebit vos omnem veritatem. Glosa: necessariam ad salutem. et sic patet secundum. Circa tertium q est intelligentia specularis. qd notatur cum dicitur: liber. considerandum q liber habet similitudinem speculi: quod si cut in speculo apparent forme sensibiles: sic in libro relucunt intelligibiles veritates. Unde et diuina prescientia in qua relucet omnes veritates liber vocatur: in quo libro leguntur sancti apostoli et prophete qui hanc scientiam tradiderunt: et hoc est quod dicit Glosa super illud Esa. xxxv. a. Dispone domui tue etc. Glosa. Prophete in ipso libro prescientie dei in quo omnia scripta sunt legere possunt. qd tamen non est sic intelligendum: qd prophete viderint ipsam dei essentiam que idem est cum eius prescientia: quia prophetica cognitio cum habeat enigmas: euacuat in tali visione: fm q dicit Aplos. i. Cor. xliij. c. Sed pro tanto dicuntur prophete in libro prescientie dei legisse: quod per species diuinitus impressas mentibus prophetarum: et per lumen propheticum eis proportionatum: videbant suo modo veritates a dei scientia ad eos deriuatas per reuelationem: sicut intellectus possibilis virtute luminis intellectus agentis inspicit in speciebus a fantasmatis acceptis sibi proportionabiles veritates. Nos autem qui talem cognitionem non habemus: quia lumine prophetico illu-

Scia philo sophice

Phs

Sacra scriptura ad qd ordinatur

Liber vite

Excellentia scripture

Scia honorabilior theologia

Phs

Phs

Phs

Intellectus

Attributio ad subiectum

Phs

D

Specularis intelligentia

Prologus

Estrati non sumus: non possumus legere in dicto libro sed in libro scripture sacre nobis tradito a prophetis. Habet tamen iste liber speciale quod una littera continet plures sensus. Cuius ratio est: quod principalis huius libri auctor est ipse deus in cuius potestate non solum uti vocibus ad aliquid significandum: quod etiam homines facere possunt et faciunt: sed etiam rebus significat per voces utitur ad significandum alias res: et ideo commune est omnibus libris quod voces aliquid significant: sed speciale est huic libro: quod res significat per voces aliquid significat. Secundum igitur primam significationem que est per voces accipit sensus litteralis seu historicus. Secundum vero aliam significationem que est per ipsas res accipitur sensus mysticus seu spiritualis: qui est triplex in generalia: quia si res significat per voces referantur ad significandum ea que sunt in noua lege credenda: sic accipit sensus allegoricus. Si autem referantur ad significandum ea que per nos sunt agenda: sic est sensus moralis vel tropologicus. Si autem referantur ad significandum ea que sunt speranda in beatitudine futura: sic est sensus anagogicus. Et dicitur ab ana quod est sursum et goge quod est ductio. unde versus: Littera gesta docet: quid credas allegoria. Moraliter quid agas: quod tendas anagogia. Et istorum quatuor sensuum potest poni exemplum in hac dictione hierusalem: que secundum sensum litteralem significant quandam civitatem que fuit quondam metropolis in regno iudee: que primo fuit fundata a melchisedech: postea per salomonem dilatata et fortificata. Secundum sensum vero morale significat animam fidelem: secundum quoque sensum allegoricum significat ecclesiam militantem: secundum quoque sensum anagogicum significat ecclesiam triumphantem. secundum quoque dicitur. Esa. liij. a. Consurge sede hierusalem etc. secundum quoque sensum allegoricum significat ecclesiam militantem: secundum quoque dicitur Apo. xxi. c. Et tunc civitas sancta hierusalem novam descendet de celo a deo parata sicut sponsa ornata viro suo. secundum vero sensum anagogicum significat ecclesiam triumphantem. secundum quoque dicitur. Gal. iij. d. Illa que sursum est hierusalem est libera: que est mater nostra. Et sicut positus est exemplum in una dictione: ita posset poni in una oratione: et sicut in una ita et in alijs. Igitur de isto libro sub una littera continentur plures sensus dicitur Ezech. ij. d. Ecce manus missa ad me in qua erat involutus liber et expandit illum coram me qui erat scriptus intus et foris. Et Apo. v. a. Vidi in dextera sedentis super thronum librum scriptum intus et foris. Scriptura exterior est sensus litteralis: qui est patentior: quod per voces immediate significatur. Scriptura autem interior est sensus mysticus vel spiritualis qui est latentior: quod per res significatas vocibus designat: ut predictum est. et sic patet tertium.

Circa quartum in quo notatur efficacia salutaris: cum dicitur vite: considerandum quod sicut dictum est a principio: nulla alia scriptura nisi ista ducit immediate ad vitam beatam: que sola est vita simpliciter: quod mortem nescit. Ideo saluator Ioh. v. f. loquens de efficacia huius sacre scripture dicebat iudeis in lege peritis: Scrutamini scripturas in quibus putatis vos vitam eternam habere. Circa quod sciendum quod hoc verbum putatis quod importat falsam opinionem vel saltem veri dubitationem: non refertur ad ipsam sacram scripturam que nullum falsum continet. ut patet ex supradictis: nec est etiam dubium quin ad vitam perducat beatam: cum sit quoddam instrumentum perveniendi ad eternam felicitatem: ut patet ex verbis beati Augustini super inductis. Sed refertur ad legis peritos scripturam sacram male exponentes: et male viventes: propter que merito privandi erant a consecutione beatitudinis eterne: que est finis huius scientie quam sine dubio consequuntur: eam sane intelligentes: et secundum ipsam ipsius intellectum pie viventes: secundum quoque dicitur Eccl. xxiij. c. Qui eludant me vitam eternam habebunt. Elucida autem sacra scriptura in vera ipsius expositione et in sancta operatione: quod hec scriptura tanquam omnibus eminentior continet perfectionis scientie practice et speculative. Et sic per veri cognitionem et boni operationem perducit ad vitam beatam: quam nobis concedat qui sine fine vivit et regnat.

Finit primus prologus de commedatione sacre scripture in generali.

Incipit prologus secundus de intentione auctoris et modo procedendi.

Vidi in dextera sedentis super thronum librum scriptum intus et foris Apo. v. a. Sicut dictum est in prologo precedenti: liber iste est sacra scriptura: qui dicitur scriptus exterius quantum ad sensum litteralem. et interius quantum ad sensum mysticum et spirituale: quod tripliciter dividat in generali: ut predictum est: tamen sub quolibet membro potest fieri expositionum mysticarum multiplicatio in speciali: omnes tamen presupponunt sensum litteralem tanquam fundamentum.

quod fundamentum: propter quod sicut edificium declinans a fundamento disponitur ad ruinam: sic expositio mystica discrepans a sensu litterali: reputanda est indecens et inepta: vel saltem minus decens ceteris paribus: et minus apta: et ideo volentibus proficere in studio sacre scripture: necessarium est incipere ab intellectu sensus litteralis: maxime cum ex solo sensu litterali et non ex mysticis possit argumentum fieri ad probationem vel declarationem alicuius dubij: secundum quoque dicit Augustinus in epistola contra Vincentium donatista. Alterius considerandum quod sensus litteralis a quo est incipiendum ut dictum est: videtur multum obfuscatus diebus modernis: partim scriptorum vitio qui propter similitudinem litterarum in multis locis aliter scripserunt quam habeat veritas textus. partim imperitia aliquorum correctorum qui in pluribus locis fecerunt puncta ubi non debent fieri: et verus inceperunt vel terminaverunt ubi non debent incipi et terminari: et per hoc sententia littere variatur: ut patebit in suis locis. et persequendo domino concedente. partim ex modo translationis nostre: que in multis locis aliter habet quam libri hebraici: secundum quoque declarat Hieronymus in libro de hebraicis questionibus: et in pluribus alijs locis: et alij expositores sacre scripture legendo vel scribendo idem dicunt: et tamen secundum Hieronymum in secundo prologo super Genesim. et in pluribus alijs locis pro veritate littere habenda in scriptura veritate recurrendum est ad codices hebrorum: In hoc tamen valde cavendum est: quantum ad passus scripture veteris testamenti: qui de deitate christi ac de consequentibus ad hoc loquuntur: quorum aliquos iudei corruerunt ad defensionem sui erroris: put in parte declaravi in quadam questione de divinitate christi: et adhuc declarabo plenius quando passus tales occurrerint: domino concedente. In illis autem in quibus non est verisimile quod aliquid immutaverint: cum nec causam hoc facienda haberent: nullum videtur periculum: sed magis securum: secundum dicitur beati Hieronymi in dubijs recurrere ad textum hebraicum tanquam ad originale pro veritate textus declaranda. Sciendum etiam quod sensus litteralis est multum obumbratus: propter modum exponendi communiter traditum ab alijs: qui licet multa bona dixerint: tamen parum tetigerunt litteralem sensum: et sensus mysticos intantum multiplicaverunt: quod sensus litteralis inter tot expositiones mysticas interceptus partim suffocatur. Item textum in tot particulas diviserunt: et tot concordantias ad suum propositum induxerunt: quod intellectum et memoriam in parte confundunt ab intellectu litteralis sensus animum destrahentes. Decigitur et similia vitare proponens cum dei adiutorio intendendo circa litteralem sensum insistere: et paucas valde et breves expositiones mysticas aliquando interponere: licet raro. Similiter intendo non solum dicta doctorum catholicorum: sed etiam hebraicorum: maxime Rabbi Salomonis qui inter doctores hebreos locutus est rationabilius: ad declarationem sensus litteralis inducere: aliqua etiam dicta hebrorum valde absurda aliquando: licet valde raro interponunt: non ad tenendum ea vel sequendum: sed ut per hec appareat quanta cecitas contigerit in israel: secundum dicitur Pauli apostoli ad Romanos. propter quod etiam dictis hebrorum non est inherendum: nisi quantum rationi consonant et littere et veritati. Item omittis prologis: a principio Genesim. incipias: Tunc quod residuum vite mee non credo ad expositionem totius sacre scripture sufficere. et ideo nolui in exponendis dictis beati Hieronymi. vel alterius cuiuscumque doctoris immorari: Tunc quod dicti prologi parum faciunt ad intellectum librorum sequentium: ut mihi videtur: Tunc quia unus alius frater videlicet Brito de ordine nostro prologos Bible valde sufficienter exposuit. quod opus habetur communiter. et ideo intendere iterum expositioni doctorum prologorum non mihi necessarium videbatur. Aliquorum tamen librorum prologos exposui: super quos scripsi antequam a libro Genesim inchoarem. Postremo quia non super ita perit in lingua hebraica vel latina quin in multis possim deficere: ideo protestor quod nihil intendo dicere assertive seu determinative nisi quantum ad ea que manifeste determinata sunt per sacram scripturam vel ecclesie auctoritatem. cetera vero omnia accipiantur tanquam scholastice et per modum exercitij dicta: propter quod omnia dicta et dicenda suppono correctioni sancte matris ecclesie. ac cuiuscumque sapientis: primum lectorem et charitativum flagitans correctorem: Tunc tamen antequam descenda ad expositionem littere: premitto septem regulas exponendi sacram scripturam quas tangit Iherosolimitanus. i. libro de summo bono ca. xx. et vocantur iste regule ab aliquibus claus: quia per eas intellectus scripture aperitur in multis. Prima est de domino iesu christo et eius corpore mystico quod est ecclesia. quia propter connexionem capitis ad corpus sacra scriptura sub uno contextu quasi sub eadem persona aliquando loquitur de utroque: et de uno transiens ad aliud: verum

Nota
Falsus sensus
Rabi salomon
Brito
protestatio scribentis
Septem regule expositionis sacre scripture
Prima
bi gratia

Ibi gratia Esa. lxi. d. Induit me vestimentis salutis: et indumentis iusticie circumdedit me: quasi sponsam decoratum coronaret quasi sponsam ornatum monilibus suis. Quod enim dicitur hic: Quasi sponsus etc. intelligitur de christo: et quod subditur quasi sponsam etc. intelligitur de ipsa ecclesia. Similiter Cant. j. a. Osculetur me osculo oris sui: quia meliora sunt vbera tua vi no: cum enim dicitur: osculetur me etc. verbum est sponse frui sponso desiderantis: et quod subditur: quia meliora sunt vbera etc. verbum est sponsi sponsam commendantis. Unde in talibus sic connexis ratione predicta debet lector prudens attendere quid conveniat capiti: et quid corpori. **Secunda regula** est de corpore domini vero et simulato. Ecclesia enim que est corpus domini mysticum: ut predictum est: est quasi sagena non dum tracta ad litus: et ideo habet malos permixtos cum bonis vsq; ad iudicium: in quo separabuntur hi ab illis. et ideo in sacra scriptura aliquando mali commendantur cum bonis quibus sunt permixti: sicut Osee. xj. a. Puer israel et dilexi eum. Et econverso aliquando boni vituperantur cum malis: sicut Esa. j. a. Cognouit bos possessorem suum: et asinus presepe domini sui. israel autem non me cognouit: et populus non intellexit. Aliquando etiam in eodem textu exprimitur quid ad bonos pertinet et quid ad malos: sicut Cant. j. b. dicitur: Nigra sum sed formosa filie hierusalem: sicut tabernacula cedar: sicut pelles salomonis. Verba sunt sponse: que ratione malorum in ecclesia contentorum dicit: Nigra sum sed ratione bonorum subdit: sed formosa et quod subditur (quasi pro exemplo) sicut tabernacula cedar: ad malos refertur. Cedar enim fuit filius ismaelis: ut habetur Gen. xxv. a quo descenderunt sarraceni. Quod autem subditur: sicut pelles salomonis. refertur ad bonos. per salomonem enim hic intelligitur ipse deus secundum expositores catholicos et hebreos. et ideo pelles eius dicuntur: quibus operiebatur tabernaculum in quo boni colebant deum. **Tertia regula** est de spiritu et littera: et secundum quod accipitur sub eadem littera sensus historicus et mysticus: quia veritas historie est tenenda: et tamen ad spiritualem intellectum est referenda. hoc modo exponitur ista littera communiter. Potest etiam aliter exponi: ut referatur ad sensum litteralem tantum sicut et alie. Circa quod considerandum quod eadem littera aliquando habet duplicem sensum litteralem. verbi gratia. j. Paral. xvij. c. dicit dominus de salomone: Ego ero illi in patrem et ipse erit mihi in filium. Et intelligitur de salomone ad litteram in quantum fuit filius dei per adoptionem in iuuentute: propter quod nathan propheta vocauit eum amabilem domino. ut habetur ij. Regum. xij. c. Predicta etiam auctoritas. Ego ero illi in patrem etc. inducitur ab apostolo ad Heb. i. tanquam dicta de christo ad litteram. quod patet ex hoc: quia apostolus inducit eam ad probandum quod christus fuit maior angelis: talis autem probatio non potest fieri per sensum mysticum: ut dicit Aug. contra Vincentium donatistam. ut. s. allegatum est. predicta enim auctoritas impleta fuit ad litteram in salomone: minus tamen perfecte: quia fuit dei filius per gratiam solus. In christo autem perfectius: qui est dei filius per naturam. Licet autem utraq; expositio sit litteralis simpliciter. secunda tamen que est de christo spiritualis et mystica est secundum quid: in quantum salomon fuit figura christi. **Quarta regula** est de specie et genere: siue de parte ac toto cum de vno transit ad aliud. et econverso: sicut Esa. xliij. a. primo loquitur contra babylonem specialiter: cum dicitur: Onus babylonis etc. et transit ad intelligendum verbum de toto mundo generaliter: per hoc quod subdit: A summitate celi dominus et vasa furoris eius: ut disperdat omnem terram. Postea reuertitur ad loquendum contra babylonem specialiter: cum dicitur: Ecce ego suscitabo super vos meos: qui argentum non querant etc. quia Darius medus cum Cyro nepote suo cepit babyloniam: et interfecit Balthasar regem babylonis. ut habetur Dan. v. **Quinta regula** est de temporibus. que contingit quadrupliciter. Uno modo per synecdochen quando ponitur pars temporis pro toto: sicut in euangelio dicitur christus tribus diebus iacuisse in sepulchro: et tamen prima dies et tertia non fuerunt integre. Alio modo propter minutias temporis que aliquando in scriptura computantur: et aliquando omittuntur. Et secundum hoc scriptura sacra loquens de aliquo numero annorum in pluribus locis. aliquando in vno loco ponit plures annos minutias predictas computando. In alio vero loco ponit pauciores dictas minutias omittendo. Tertio modo contingit: eo quod computatio annorum incipit in vno loco a priori termino: in alio a posteriori: sicut Gen. xv. c. dicitur fuit abrahe: Semen tuum futurum peregrinum quadringentis annis. et Exo. xij. f. de ista peregrinatione dicitur: quod mansio filiorum israel in terra egypti fuit quadringentorum triginta annorum: quia computatio

putatio huius maioris numeri incipit a tempore quo dicitur fuit abrahe Gen. xij. a. Egredere de terra tua etc. Computatio autem minoris numeri incipit a natiuitate Isaac que fuit triginta annis post egressum abrahe de aran: ut plenius videbitur. j. Exo. xij. Quarto modo contingit eo quod scriptura sacra loquitur de futuro pro modo preteriti: sicut Esa. ix. a. Paruulus natus est nobis etc. et hoc est ad denotandum certitudinem prophetie: cuius euentus de futuro est ita certus sicut iam preterisset: et hoc est propter certitudinem diuine prescientie ex qua fit reuelatio ipsi prophete. Aduertendum tamen quod talis modus loquendi non habet locum nisi in prophetia predestinationis que est quando aliquod futurum contingens reuelatur prophete eo modo quo est in prescientia dei: que infallibiliter futura intuetur sicut presentia et preterita. In prophetia vero conuersionis non habet locum: que est quando aliqua pena reuelatur prophete infligenda populo: vel alicui persone: non secundum quod est in dei prescientia sed secundum ordinem causarum secundarum: ut pote secundum demerita hominum: sicut est illa prophetia Ione. iij. b. Adhuc. xl. dies et niniue subuertetur. hanc enim subuersionem meruerunt peccata illius ciuitatis. Verumtamen quia talis causa mutabilis est. ideo effectus aliquando non sequitur: sicut in proposito: quia niniuite egerunt penitentiam: et sic dominus non infligit penam conuersionis. **Sexta regula** est de recapitulatione et anticipatione. In sacra enim scriptura non semper eodem ordine gesta et facta scribuntur quo fiunt. et ideo quando preponuntur posteriora dicitur anticipatio. quando autem fit econuerso dicitur recapitulatio: sicut Gen. x. de filiis noe dicitur: Ab his diuise sunt insule gentium in regionibus suis: vnusquisque secundum linguam suam etc. et j. eodem ca. Hi sunt filii cham in cognationibus et linguis et generationibus etc. Et postea. xj. ca. dicitur: Erat autem terra labij vniuersi et sermonum eorundem. Ex quo patet quod illud quod predictum est de diuisione linguarum dicitur per anticipationem. Similiter Gen. ij. postquam moyses primo ca. descripsit creationem celi et terre: et distinctionem: et ornatum partium mundi dicitur: Iste sunt generationes celi et terre in die quo creati sunt. Et quo patet quod hoc dicitur per recapitulationem. **Septima regula** est de diabolo et eius corpore. secundum enim quod dicit beatus Gregorius Septima regula Domel. x. Certe iniquorum omnium diabolus caput est: et huius capitis membra sunt omnes iniqui. Et ideo propter conuersionem capitis ad membra: scriptura loquens de vno in eodem contextu transit ad loquendum de alio. sicut Esa. xliij. c. loquens de rege babylonis qui erat diaboli membrum: transit ad loquendum de principe demonum: cui subditur ibidem: Quo modo cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris? et Ezechiel. xxvij. c. loquens de principe Tyri transit ad loquendum de diabolo: cum subditur: Tu signaculum similitudinis: plenus sapientia: perfectus decore: in delitijs paradisi dei fuisti. his igitur premissis de regulis seu clauibus exponendi sacram scripturam: cum confidentia diuini adiutorij descendamus ad litteram exponendam. **Venerabilis fratris Nicolai de lyra in moralitates bible prologus.** **U**idi in dextera sedetis super thronum librum scriptum intus et foris. Apoc. v. a. Sedens super thronum glorie est deus gloriosus et sublimis regens vniuersum: in cuius dextera est sacra scriptura diuinitus data. secundum quod dicitur Deutero. xxxij. a. In dextera eius ignea lex. Lex enim veteris et noui testamenti bene dicitur ignea: quia reuelatione spiritus sancti (qui diuinus est ignis) fuit inspirata. Et hec scriptura bene dicitur liber scriptus intus et foris. foris quantum ad sensum litteralem. intus vero quantum ad sensum mysticum sub littera latentem. Deus enim qui est actor huius scripture: non solum utitur vocibus ad aliquid significandum: sed etiam rebus per voces significatis. et sic facta veteris testamenti significantur ea que in nouo testamento fiunt: sicut dicit apostolus. j. Cor. j. c. Omnia in figura contingebat illis. Sensus igitur qui per voces significatur proprie dicitur litteralis. ille vero qui per res significatur mysticus nominatur: et hic est triplex: quia si per talem modum significetur aliquid pertinens ad credibilia: dicitur allegoricus. si autem pertineat ad agibilia: dicitur moralis. si autem ad speranda in beatitudine futura: dicitur anagogicus: ab ana quod est sursum et goge ductio quasi sursum ducens. Unde Christus: Littera gesta docet: quid credas allegoria. Moralitas quid agas: quo tendas anagogia. Exemplum in hoc nomine hierusalem quod secundum sensum litteralem significat quada ciuitatem

Secunda regula

Tertia regula

Quarta regula

Quinta regula

Sexta regula

Septima regula

Litteralis

Mysticus

Moralis

crepana
latic
volens
cipere ab
litterali
vel de
la conra
q; sensus
ultum ob
i propter
q; habe
ozum qui
eri: et ver
cipi: et ter
in suis lo
ranslatio
braica: fm
: et in pla
gendo vel
ndo polo
litere ha
s petro
assus scri
consequen
verunt ad
uadā q; fi
uado pal
q; no est
hoc facien
um: fm di
aiciu tan
Sciendū
oper mo
icet multa
sum: et sen
litteralis
fuffocauit
ordandias
ia in par
destrabē
itioio m
et breues
raro. Si
sed etaz
crores be
nitus lino
obituda
gendum ca
digerit in
iam diuis
nant et ho
Gen. incipi
toti laze
beati De
um q; de
iū: ut mibi
de ordine
quod opus
stioni di
liquora m
libro
lingua de
profectu
iffi agum
ipura et
q; scbola
et dicitur
det sapien
nem: de
emino se
git. Jm
ab aliquo
r in mul
ore mysti
is ad con
persona
liud: ver
bigrana

Pauli Burgensis additionū in postillas

Eratem i terra iudee sitam: et qm̄ hec ciuitas a deo fuit electa ad diuinū cultuz vt habet. iij. Regū. xliij. Qui colit in aīa viri iusti et in ecclesia militante et etiā triūphante. ideo hierusalem p̄m sensum morālē in sacra scriptura significat animam fidelē: p̄m sensum allegoricū ecclesiam militantē: et p̄m sensum analogicū ecclesiam triūphantē. **S**ciendū autē q̄ licet sacra scriptura habeat quadruplicē sensum predictū: hoc t̄m non est i q̄libet sui parte p̄m qd̄ d̄i i collatiōib⁹ patrū collatiōe. viij. Nā alibi habz t̄m sensum litteralem sic. Deu. vi. a. Audi isrl̄ domine deus tuus vnus est. Dilige dominum deum tuum ex toto corde suo etc. In istis enī et cōsimilibus nō est mysticus sensus requirend⁹. Aliubi vero nō hz lrālē sensum pprie loquēdo: Verbi gratia: Iudicū. ix. b. Ferunt ligna vt vngerēt supra se regem etc. Et Matth. v. e. Si man⁹ tua scādaliqat te abscondē eam et p̄ice abs te. Sensus enim litteralis est qui per voces significatur vt predictum est: et talis sensus nō est hic: nec in cōsimilibus. Sequeret enī q̄ sensus sacre scripture esset falsus: q̄ ligna nunq̄ hoc fecerūt nec facere potuerūt. Similiter saluator nō monuit q̄ homo manū sibi abscondat ad litteram. Sed in istis est t̄m sensus mysticus qui per res significatas intelligit. Nam p̄ ligna intelligūtur habitatores vrbis sichen qui fecerunt abimelech super se regem: vt ibidem in textu exponit: et per manū abscondēdā intelligit amice q̄ t̄m cūq̄ p̄pinq̄ p̄bens occasionē ruine: et hui⁹ familiaritatem debet hō abscondere a se. **N** autē aliqui doctores dicunt sensum parabolicū esse litteralem: hoc est intelligēdū large loquendo q̄ vbi nō est sensus per voces significat⁹ parabolic⁹ ē prim⁹: et iō large loquendo dicitur lrālis eo q̄ lrālis est primus quando est ibi: et ad hoc significandū ipsi dicūt parabolicū contineri sub litterali: et hoc modo loquēdo ego sensum parabolicū vocauit in pluribus locis litteralem: scribendo super libros sacre scripture. Aliubi vero sacra scriptura habet sensum litteralem et mysticum: sicut in Gen. dicit: q̄ abraam duos filios habuit scilicet isaac et hīmaelem et hoc est verum p̄m litteralē sensum: et similiter p̄m mysticum. Nam per illos allegorice significata fuerunt duo testamenta vt dicit Aps̄ Gal. iij. Et eodem modo moraliter possunt significari duo filij spirituales vnus prelati: quoz vnus proficeret et alius deficeret: et anagogice angeli stantes et cadentes. Item quia sicut dictum est: sensus mysticus est qui per res significat⁹ et vnus rei subiectiue sunt plures proprietates reales et aliquando valde diuersae: ideo vna res subiectiue aliquando mystice plura et diuersa significat: sicut leo per pprietatē cōstātie christū significat. Apoc. v. b. Ecce vicit leo de tribu iuda: et p voracitatē signat diabolu. i. Pe. v. c. Aduersarius vester diabolus tanq̄ leo rugiens circumit q̄rens quē deuoret. **P**ostq̄ autē sacram scripturam cum dei adiutor: iō exposui p̄m litteralem sensuz: et deus dedit mihi spacium vite. confisus de dei auxilio propono eam iterum exponere p̄m sensuz mysticū: vbi est mystice exponenda: prout mihi dominus dabit: non t̄m intendo omnes sensus mysticos scribere nec per singula verba discurre: sed aliqua breuē ordinare ad que lectores biblicae ac predicatoris verbi dei recurrere poterunt: prout et qm̄ eis videbitur expedire. **N**ec quis miretur si in expositione mystica plura dimittam. Nam hoc faciā p̄pter breuitatē. et quoniam sic fecerūt precedentes expositores et etiā christ⁹ qui Matth. xij. b. et Mar. iij. b. exponēs parabolam seminantis. illud qd̄ dicit in fine. Dederunt fructū aliud centesimum aliud sexagesimum aliud tricesimum in expositione dimisit: et in alijs parabolarū expositionibus similiter fecit ipse christus. Igitur in nomine domini nostri iesu christi incipiam a libro Genesis et per alios consequentē discurrā q̄d̄ diu dominus donabit sua gratia mihi vitam.

Parabolicus sensus

Additiones ad postillas magistri Nicolai de lyra super biblia: edite a reuerendo patre domino Paulo de sancta Maria magistro in theologia: episcopo Burgen. Archicancellario serenissimi principis domini Johanni regis castelle et legionis incipiunt: quas venerabili viro Alfonso legum doctori: decano compostellano filio suo ex legitimo matrimonio genito direxit: premittens ei prologum sub forma sequenti. Finiuit autem eas anno domini. D. cccc. xxx. Quibus etiam inserte sunt replicae magistri Thome doring eiusdem ordinis minorum fratris et theologi optimi prout clarius videbitur in processu.

Quid tibi vis vt viuens donem dilectissime fili: aut successionis titulo post vitam relinquā: nisi qd̄ ad sacrarū scripturaz noticiā conferat: et gressus tuos in catholice veritatis solidissimo seruore confirmet. **H**ec est enī quā corde gesto: ac ore profiteor: et de q̄ puto scriptū fuisse: Pat̄ filijs notam faciet veritatem suam: quam cum ab ineunte etate non recepisset: sed sub iudaice cecitatis perfidia natus: sacras litteras non a sacris doctoribus didicisset: ab erroneis magistris erroneos sensus traherem: litteram rectam non rectis cauationib⁹ (vt ceteri illius pfidie duces) temerarie inuoluerem fatagens. **C**um vero placuit illi cuius misericordia mensuram non habet: me a tenebris ad lucem: a caliginosa turbine ad serenū aere euocare: ceciderunt quodāmodo squame de oculis mentis mee: et cepi scripturā sacrā aliquanto studiosi⁹ relegere: et iam nō perfide s; humiliter veritatē inquirere: et ingenij mei viribus nō cōfidens toto corde a dño postulare: vt qd̄ salubrius anime mee esset: cordi meo infigere dignaret: nocte dieq̄ eius auxiliū prestolabar. **S**icq̄ factum est: vt catholice fidei desiderium in mente mea de die i die fortius incadesceret: quo ad ipsam fidem quam corde gerebam: publice profiterer: et ea fere etate qua tu nunc es: baptismi sacramentuz in huius ecclesie sacro fonte suscepisti: pauli nomen assumens: te tūc infatigabile innocentia gaudente: qui post me in etate illa tenera sacro lauacro ab originali culpa mundatus es: anteq̄ actuali inquinari valuisset: nomen Alfonso suspiciens: priusq̄ litteras nominare nouisset. **P**rocedente vero tpe sacrarum litterarum studio insistens: vtriusq̄ testamenti lectioni operam dedi: et iterum a magistris viuentibus audiendo. **S**epe etiam sanctorū doctorum aliorūq̄ insignium virozum: qui ab hac vita transierunt: opera relegendo: diuina donante clemētia: qui prius fueram magister erroris: factus sum discipulus veritatis: quo usq̄ ad hanc quā vides senectutem accessi: et vt verum tibi fatear: inter pressuras seculi: et curie nostre curas: quibus quandoq̄ ventilat⁹ sum: hec fuit p̄cipue delectatio mea: hoc singulare solatiū meū: eternū et immutabile deū: eiusq̄ mirabilia opera in sancte et immaculate legis sue lectione cōtemplari: nec t̄m hī q̄s p̄speros vulgus appellat successus defuerūt. **N**am me licet profusus immeritū: nō ad parū ecclesie graduz: diuina gratia subleuauit. **P**rimo enī ad carthaginēsez: deinde ad hanc Burgen. sedem promotus: amplissimis ecclesie dei fauorib⁹ sum nutritus: ecclesiasticis etiā secularia adlecta sunt: cū tamē in domo gloriose memorie iustissimi regis Currici: q̄ illustris planete inclyti regis nr̄i. Sigismūdi officio suscepto: satis familiariter sum versat⁹. **F**ratrē vero tuū p̄mogenitū ac te q̄ clemēter q̄ pie oipotentis clemētia tractauit: ego nō referā: vos ipsi cognoscite. **U**num est qd̄ silentio cōmittere nō possum: nobis ex leuitico sanguine descendētib⁹ aliquantulū demonstratum fuisse q̄ añ tot sc̄la sc̄ptū ē: tribui Leui nō fuisse datā possessio nē q̄ dñs est possessio ei⁹: de enī ē possessio nr̄a: **C**hrist⁹ hereditas nr̄a: qui purgaturus filios leui vt sacrificia domino iniusticia offerrent: voce p̄phetica antiquit⁹ predicatos: his iaz diebus manibus patris se sacrificium verum tractari permittit: vtinam sic acceptans: sicut et toleras. **N**ec volo ista me putes supuacue iactanterue iheruisse. vitāq̄ meam frustra anunciasse tibi: cū nō superuacuum: quinimo necessarius reo omni potentis beneficia cognoscere: et arrogantie attribuenda non est: infirmitatis proprie aperta et inficta confessio: p̄sertim cum tibi loquar a memoria hec excidere nullo vnq̄ tpe vellē. **N**ec enim me satis gratum puto tantoꝝ beneficiorū receptorē agere: si cū vita mea illoꝝ recognitio quiescat. **T**ibi autē non abire: inter ceteros hec libet enarro: vt que beneficio etatis non vidisti: saltem a patre audiens memorie tradas: iunioribusq̄ qui forsā non audierūt: cum horum occurrerit sermo: frequenter enarres: vt et illi enarrent filijs suis ne obliuiscant operū domini: sed legem eius exquirant. **C**uius clarioris exquisitiōni fili charissimi me: cum non modicū conferat studiu et disciplina: ad que te licet: iuriū doctrinis a puericia occupatum interdū anhelare conspicio: et inter studia iuris et disceptationū forensium occupationes vtriusq̄ testamenti spicas q̄si furtim ruminare tentantē alq̄ munusculo exctare sepe p̄posuit: desideriu q̄ tuū paterno fauore iutare. **E**t qm̄ innumerabilia pene opera: quoz varietate diuina scriptura circūdata refulget: postilla Nicolai de lyra tam sui recentia q̄ digna celebritate clarescit: qui vtrūq̄ testamentum studiosē discernens litteralem sensum qui inter ceteros p̄cipuus est: copiosa luculentia tradidit: hanc tibi donare p̄posui. **E**t cū infirmitatis hūane periculo detentus: dierum meoz finē ignorem: merito t̄m ex etate accelerare

Ni. de lyra

Accelerare suspicor. Demor sum illam tibi ex bibliotheca mea electa: iam bis perlegisse. Tu vero summi patris demetia vitam mea misericorditer plougavit: visum est mihi: ut quod legare contempere a inter viuos non nude donare: sed paterna additameta paterno munusculo cumulari: et in gagophylatio eius q vite dies addidit: etia si modicu aliquid supadderet. Nec eni quia multa donare non possumus: manu ex toto retrahere licet. Unus quisq eni tanti debitor est: qtu ingenij sui vires exolvere valent: nec quisq apud deu p soluendo debito compos non est: cuz vltra facultate non petir: nec opulentior debito est: cum nihil habeat qd non receperit: sed misericordia eius his que possumus contentat. iusticia eni oia queq valemp trascendit. Tu q postillam hanc discurrem: et si solennissima et miranda copiositate scripta cospicio: quia tñ nullum opus humanu adeo pfectu est: quin ei supaddi aliquid possit. Et de sola scriptura diuina scrip pti est: ne addas quicq verbis illi: expedire putauit aliquib in locis aliquis additare: in illis permaxime: vbi sanctorum doctrinas aliquatenus pretermittas conspexi. Nec fuit propoliti mei curiose inquirere quid suppleret: sed libere sine supplementi trassui: nisi vbi ipsa me supplementa vocarut. Quare nec volumen proposui scribere: nec libri noie gloriari: s; postillaz ipsam cu paucis admodu additionib in margine transcriptis tibi donare: vt et ipsi nouicij studetes facere solent: qui cum libri vbi aliquo affectuose perlegut: aliquib glosulis sepe manu p pria cōscriptis margines occupant: vt firmi memorie qd legarint tradant. Nondu tñ vt pposui tota postillam discurre valui: Tu eatis pondere et passionu illi adherentiu gūitate: Tu tarditate in genij: Tu etiā occupationu multitudine et humad rā casuum varietatib obsistentib q his in partib nonūq ab undant. Sed licet aliq ex parte nodū p fecerim: qd trascursu ē cōfessim dono: reliquū si deus compleri pmiserit donaturus. Nec eni impfecti occasioe qd scriptu erat: retinere volui: imo in qsdā arras comercij nri ilico tradere. Hoc est q fili mi testamentū meū: hi sūt codicilli mei: h; ex illis plegatum agnosce: vt in lege dñi sit voluntas tua: et in lege ei mediteris die ac nocte: Meditationē vero tuā: hec et filia relegedo: puriore pfecto et suauiore afficies gratatē. Igitur donū h tui parētis accepta paterna affectioe: et leta manu donatū. S; omittam hec: et oipotētis dei cui op aggredimur: et a quo et a quo ois sapia fuit sp: et ē añ eū: auxilio hūilimis p cib inuocato: qd hūc postille addidim: stilo plano et omniū verborū flore deposito exprimentes: manu aratro iam imponamus.

Supra plogū primū postille in principio habite q incipit: **H**ec oia liber vite. Similit̄ supra scdm plogū eiusdē postille q incipit: **A**idi in dextera sedentis sup thronū rē.

Quia itēro postillatoris pcpue verbat circa sensū lralē: id añ oia querēdū videt: vtz sensus lralis ceteris sensib sacre scripture sit dignior: et videt q n. Nā fm aplm. ij. Cor. iij. b. **A**ra occidit: spūl aut̄ viuificat. s; sēsus lralis pprie fūdat i lra. sēsus dō spūal fūdat pprie supra significationē spūalē: q res significatē p lraz vltēri alias res significat: s; sēsus lral sacre scripture n viuificat s; occidit: et p pns nō ē dignior ceteris sensib. Preterea dignior ē doctrina q habet p sēsus spūales: q illa q hēt p sēsu lralē: s; spūales sēsus sūt digniores. Tenet pntia: qz qm qz scpta sūt ad nraz doctrinā scripta sūt. ad Ro. xv. a. **A**ssumptū pbat. Nā p sensū allegoricū habet q sūt credēda: qd pntinet ad fidē. Per sensū anagogicū q sūt sperāda: qd pntinet ad spem. Per sensum dō tropologicū q sūt agēda. qd pntinet ad charitatē. In qd. s. scrib. v. titub. pprie de colit fm Aug. Per sensū dō litteralē h; historia tñ **O** aut p dictos qtuor sensus itelligat qtuor pdicta: p; p versuz allegatū i plogo postille: et est cōis snia exposito: in q vsu d; **A**ra gesta docet: qd credas allegoria. Tropologia qd agas: qd speras anagogia. Preterea fm psm. j. **P**osteri. Propē qd vnūqz qz illd mag; s; sensus lralis ē ppē sensū spūalē: igit sēsus spūal ē dignior: pntia tenet: et añcedēs p se cūda pte pbat. nā sensus lralis se h; ad spūales sic fundamētū ad edificiu: put ponit postillator in scdo plogo. **C**ōstat aut q fundamētū ē ppē edificiu et nō ecōtra. Preterea sensus lralis accipit fm pma significationē lre q voces significant res: put cōiter tenet: et postillator ponit in pmo plogo: s; fm pma significationē q voces significant res mltā falsa reperit i sacra scriptura: specialit̄ attribuendo deo qd minime deo cōpetit: sic mor local: vt Gen. ij. **D**escēdit de vt videret cinitatē et turrim zc. et sic de mlt alijs q tñ i sensu spūali n repiūt: s; sensus lralis nō ē dignior. Preterea illa q sūt iteriora tā i tpalib q in ipūalib

in spiritualib exteriorib sunt digniora. In corpaliib eni illa in qb pncipalit̄ cōsistit vita aialis sūt interiorib et pti b sic cor. **I**dē etiā p; in spūalib. s; q illa q sūt interiora fortiora sūt et in dignitate potiora. sic p; i tabernaculo federis: i q arca testamētū ponebāt in loco interiori q d; scāctōz. **C**etera dō in locis mag; exteriorib fm gradū sanctitatē eoz. vt p; **E**ro. xl. silt. iij. **R**eg. vlij. **I**dē p; in sacramentis ecclie in quib inuisibilis gfa q interi dat: dignior ē qz visibilis forma q apparet exteri. **C**ū aut̄ sensus lralis d; script̄ esse i libro foris: sensus vero mystic̄ intus: vt p; **A**poē. v. a. in aucte allegata p postillatorē vbi dicit: **A**idi in dextera sedētis sup thronuz libzū scrip tuz intus et foris. **C**ōse quēs ē q sensus lralis sit minoris dignitatē respectu sensus spūalis. Preterea noticia humana cōiter pcedit a minus pfectis ad magis pfecta. put p; non soluz in humanis scientijs q pcedūt a sensibilib; et particularibus et terminant in summis rez causis: s; etiā in his q ad noticiāz diuinoz pntēt. vñ **R**oma. j. c. **I**nuisibilia dei a creatura mūdī per ea q facta sūt intellecta cōspiciunt. **S**z in studio sacre scripture incipiēdū ē ab intellectu sensus lralis: vt postillator dicit i sūma: s; sēsus lralis nō ē dignior. Preterea ille sēsus scripture debet dici dignior q alteri defectum supplet: sed sensus spiri tualis qnos supplet defectū lralis sensus. **D**icit eni **B**reg. in morali. **C**ū ordo historie deficit: sese nob intellect̄ mystic̄ qst aptis iam foribus ondit: ac si patēter clamet: qz rōnez lre defecisse cognoscitis. restat ad spūalē sensum sine dubitatōe redeatis: s; lralis sensus nō est dignior qz spūalis. **S**ed cōtra. **S**ens sus ille ad quem tñ pntinet honor sacre scripture: pprie debet est ceteris sensib; virtuosior seu dignior: cū honor sit pcpūū s; gnū virtutis: vt in. i. **E**thi. **S**z sensus lralis sacre scripture est hūmō: s; sensus lralis inter ceteros ē dignior: minor p; nā fm **A**ug. in epla ad **H**iero. **S**olū eni scripturā libris q canoni ci appellat hūc honorē didici deferre: vt nullū auctorē eoz scribēdo aliqd errasse firmissime credam. **C**ōstat aut q hūc honorē nō h; sacra scriptura fm sensum spūalē: qz si sic ex tali sensu spūali posset sumi efficac argumētū: qd esset cōtra **A**ug. in epla ad **V**incentiū donatistā dicentē: q ex solo sensu lrali efficac argumētū sumit. **I**n hac questioe sex vident cōsiderāda. **P**rimū: qz dicit̄ dū sit sensus sacre scripture lralis: et q spūalis. **S**cdm: an qlibet passus seu text̄ exponat qdruplici sensu supratato. **T**ertium: an cuiuslibet passus seu textus sacre scripture sit tñ vn̄ sensus lralis vel qnos ples. **Q**uartum: posito q aliq vn̄ textus seu vna auctas sacre scripture habeat ples sensus lrales: qz eoz ē alteri pferend. **Q**uintū: an ex qlibet sensu lrali possit sumi efficac argumētū. **S**exto: rñdendū est ad questionē zc. **C**irca pmo. s. qz dicit̄ dū sit sensus sacre scripture lralis: et q spūalis: **D**icēdū q sensus lralis qnos d; ille fm quā aliq historia narrat ad lram. et hoc vident sonare verba **B**reg. in. iij. moral. q de sensu lrali loquēs dicit: **D**uz narrat gestū pdit mysteriū. **S**ilt in versu p allegato d;: **A**ra gesta docet. **S**z fm hoc sola historialia sacre scripture dicerent h; sen sū historialē vel lralē: nō aut̄ doctrinalia seu pphetica et hūmōi. cū in talib; nō videt narrari aliq historia: s; h; est contra cōem sniam exposito q cōiter auctib; sacre scripture sensum lrales attribuit. **A**n aliter et magis pprie dicit̄ sensus lralis. s. ille q habet p significationē lre q voces significant res. **I**lle aut̄ d; sensus spūalis: q habet p significationes rez significatay per voces: put p; in prima parte. q. ij. ar. vlti. **E**t est snia cōis quā sequit̄ postillator in plogo. **S**z attēdēdū est q p pdicta nō habetur diffinitio seu dscriptio adequata sensus lralis: de quo h; agitur. **S**unt enim quedā in sacra scriptura tradita. q si accipi antur fm significationē qua voces cōiter significant res: essent false: vt patet in locutionib; parabolicis et hūmōi: vt infra patebit. **U**nde addendum est predictis: q sensus sacre scripture ad hoc q lralis dicat. requirit q sit intentus ab auctore sacre scripture q est deus. **C**ui ratiō est: nā sensus lralis cuiuscūq; scripture est ille quem auctor intendit: cū voces sint eaz q sūt in anima passionū note. vt in. j. **P**eribermēnias. **S**ed constat q auctor sacre scripture est de; et sic patet q sensus lralis de quo agitur: est ille qui a deo intendit: et p voces in lra contentas signatur. **E**t quib; sequit̄ q sensus lralis sacre scripture non debet dici ille sensus q in aliquo repugnat ecclie auctoritati seu determinatiōi: qz tūcūq; sensus talis sit cōformis significationē lre: talis enim sensus nō solū nō intendit ab auctore: sed potit̄ est hereticus. vnde **H**iero. **Q**uicūq; scripturam aliter intelligit qz sensus spūsancti efflagitat: a quo scripta est: h; heretic; appellari potest: qd intelligitur de illo qui ad hoc expositionē sacre scripture retorquet: quod cōtrariat̄ ei qd per spiritūsanctum reuelatum est: vt secunda parte. q. xi. **S**equitur etiam q nec habent

Pro. 30. a
additio bur
ensis

Lral sens
ceteris di
gnior

Quis sen
sus lralis
et spūalis

De

8 v nec habent

Additiones circa prologos

E nec habendus est pro sensu litterali: ille qui rationi recte repugnat. talis enim sensus non intenditur ab auctore. s. deo qui est prima veritas: a quo omnis veritas derivatur: et ideo Aug. sup. Gen. ad lram: euz scriptura divina multipliciter exponi possit: nulli expositioni ita precise aliqis inherere: q. si certa ratione p. terit esse falsum: q. aliquis sensus scripture hunc asserere p. cluderet via credendi: hec ille. Item etiam est dicendum de sensu sp. sacre scripture: qui per significationem rerum per voces in littera p. tentas significatarum habet. s. q. talis sensus non debet repugnare auctoritati ecclie nec recte rationi: q. si sic talis sensus spiritualis non esset attribuendus sacre scripture a deo qui est veritas summa reuelate. ¶ Circa scdm. s. an quilibet passus seu textus sacre scripture exponat quadruplici sensu p. tracto. ¶ Dicendum q. non. ¶ Dicit enim Aug. ii. super Gen. In quibusdam solis sensus litteralis querendus est: quod patet manifeste. Sicut enim multa in libris canonicis tam veteri testam. q. noui q. non habent nisi sensum litteralem quod patet in multis: et specialiter in duobus p. ceptis charitatis: in quibus tota lex pendet et prophete. vt habet Mat. xxij. d. Licet enim in his p. ceptis. s. diliges dnm deum tuum ex toto corde tuo: et diliges proximum tuum sicut teipsum. multa contineantur exponenda seu ponibilia tam ad obiectum charitatis: q. ad eius actum interiori seu exteriori: q. etiam ad eius ordinem et alia hmoi. pertinentia: omnia tamen illa pertinent ad sensum litteralem tm. non enim in hoc loco res significare per hanc vocem deus: seu per hanc vocem proximus: et hanc vocem diliges: iterum res alias significat a quibus rebus sic signatis sensus spiritualis vltim. accipitur: vnde totum qd in expositione hor. p. ceptorum tradit: ad sensum litteralem eorum tantummodo pertinet. et sic communiter de alijs p. ceptis moralibus vt. testa. ex multis alijs passibus quos causa breuitatis omitto. In euangelis etiam multa tradunt quib. non oportet assignare sensum mysticu. sed tm. litterale: sicut in his que tradunt vt p. cepta: vt cu. Job. xliij. a. d. ¶ Credite in deum et in me credite: et similib. ¶ Similiter in his que dantur vt consilia: sicut cum d. Mat. x. c. Si vis perfectus esse: vade et vende omnia que habes et da pauperibus: in quibus et similibus non est querendus sensus spiritualis: q. ex rebus signat. p. voces accipiat: sed tm. sensus lralis q. ex significatione vocu. accipit vt est manifestu. ¶ Similiter cu. Luc. viij. b. christus interpretat parabolam sua. dicens: Semen est verbum dei et manifestu. est q. illa verba interpretatiua non oportet q. habeant alios sensus spirituales: cu. ipsamet interpretatio sit expositiua parabolae p. cedentis. ¶ Similiter epl. Pauli q. vna de p. ceptis partib. noui testam. ceteri debet. p. totum fere sensum lralem tantummodo habet. ¶ Loquit enim ibi tanq. doctor vniuersalis ecclie. exponens et concordans vtriq. testamentu. lz enim in ipsis eplis p. funda et difficilia ad fide. p. tinentia: et ad vtriusq. testamenti declarationem tradant: non tm. allegorice vel anagogice tradunt: sed tm. lraliter: ipse enim historialiter loquendo seu lraliter ostendit de quibusdam scripturis quod sint intelligende in sensu sp. sacre scripture: vt cu. Gal. iij. dicit de duob. filijs abrae q. sunt per allegoria. dicta. ¶ Non q. verba apli sunt allegorizanda seu moralizanda et hmoi: sed potius enucleanda: vt ex ipsis veri sensus litteralis extrahant: ex quib. discursiue p. cedendo multa magna et profunda inferuntur argumentatiue: sicut in alijs sci. tibus humanis ex certis et veris principijs multa discursiue inferuntur: prout patet in p. ma. parte. q. i. ar. viij. que quidem omnia ad lralem sensum p. tinent: a quo recte deducuntur: et sic patet q. non quilibet passus sacre scripture quadruplici sensu sit exponendus. ¶ Sed prout sanct. Tho. notabiliter tradit. x. quolibeto. q. xliij. Sacra scriptura quandoq. exponenda est istis quattuor sensibus: quandoq. tribus: quandoq. duobus quandoq. vno tm. vnde ea que fm. litteralem sensum ad facta vt. testamenti spectant: possunt quattuor sensibus exponi: similiter ea q. ad litteram de xpo. capite dicuntur: possunt exponi litteraliter de christi gestis: et allegorice referendo ea ad corpus eius mysticu: et moraliter ea referendo ad actus nostros qui fm. ipsum debent regulari: et anagogice in q. tum in ipso christo est nobis iter glorie demonstratum. ¶ Illa autem que fm. sensum litteralem dicuntur de ecclia possunt exponi moraliter et anagogice. ¶ Ea vero que fm. litteram moraliter dicuntur: non consueuerunt exponi nisi anagogice. ¶ Illa vero que fm. sensum litteralem pertinent ad statum glorie: nullo alto sensu consueta sunt exponi: eo q. ipsa non est figura aliorum sed ab omnibus alijs figurata: que quidem omnia et alia ad hoc pertinentia: plenius in p. dicta questione declaratur. ¶ Circa tertium scilicet an cuiuslibet passus seu textus sacre scripture sit tantus vnus sensus litteralis: et videtur q. non

an quilibet passus sacre scripture recipiat quatuorplex expositionem

An cuiuslibet passus sit tantus vnus sensus lralis

q. non. ¶ Nam fm. Aug. in lib. de vti. cre. ad sensum litteralem pertinent tria: quorum primum est: cum lra simpliciter exponitur. et hunc dicunt sensum historicu. Scdm. est: q. causa hui. qd in littera continetur assignat seu exponit: que sensum vocant etymologicu. Tertiu. est: cum veritas illius littere ostendit veritati alterius scripture non repugnare: que vocat anagogicu: Verbi gratia: cu. legit Gen. ij. ca. Edificauit dnm deus costa q. na. tulerat de adam in mulierem et c. Sensus historicus illius dicitur: euz simpliciter exponit qd in lra p. tinef. Sensus vero etymologicus est: q. reddidit ca. quare de latere viri formata sit mulier et non de alia pte. corpis. Sicut quare dormienti et non vigiliati sub tracta sit costa: p. tractat in secudo. dist. xvij. Sensus vero anagogicus est: cu. ostendit q. veritas hui. dicit non repugnat veritati alterius scripture: vbi d. Gen. i. d. de creatione hois: masculu. et femina. creant eos. Et qua lra apparet q. simul in eod. tpe. fuerunt masculu. et femina huane speciei creati: et non successiue: sic vt femina esset post creationem masculi de latere eius subtracta. Sed bene attendenti ex hac consideratione Aug. non habetur q. sub sensu litterali p. tinent tria genera expositionu: sic q. quilibet illarum sit sensus lralis p. prie: sed p. ma. expositio est tm. sensus litteralis. secunda est redditua cause ipsius litteralis sensus. tertia vero est solutiua cotrarietatis illius: vnde secunda et tertia expositio licet pertineant ad sensum litteralem: eo q. per eas magis p. ficatur seu elucidatur: non tm. sunt sensus litterales p. prie dicendi. De quibus trib. generibus expositionu ad sensum lralem p. tinentiu. pot. intelligi illud. ij. d. viij. b. vbi dicitur: Et legerunt in libro legis dei aperte et distincte: et apposuerunt ad intelligendum. In hoc enim q. dicitur: legerunt in libro aperte: potest intelligi ipsa expositio littere que est quasi ianua omniu. expositionu. sequentiu. sine cuius apertione non potest quis recte intrare ad alias expositiones. Cum aut. dicitur Et distincte: intelligitur sensus anagogicus ab Aug. nominatus: quia per p. rias et veras distinctiones soluuntur cotrarietates que quandoq. apparent. In hoc aut. q. sequitur. Et apposuerunt ad intelligendum: potest intelligi noticia cause legis seu historie: vel alicuius dicit sacre scripture: cum enim intelligere sit intus legere: ille qui per cognitionem affectus deuenit ad noticiam cause: p. prie dicitur intelligere: q. quid. sensus vocat ab Aug. etymologicus. ¶ Sed vltimus attendendu. q. sub quo libet genere p. dictarum triu. expositionu. ad litteralem sensum vt dicitur est p. tinentia: possunt esse multe species: pot. enim non solu. vna causa: s. plures cause vnius dicit assignari: similiter et non solu. vno modo soluere p. rarietates s. plurib. vt est manifestum. ¶ It. q. tum ad simplicem expositionem scripture que ex p. ma. ria vocis significatione p. surgit: manifestu. est q. plures sensus litterales traduntur non solu. ab expositioribus seu scriptoribus communiter: sed etiam a doctoribus sanctis: vt p. z. Gen. i. in quo loco: vt magister dicit in secudo. di. xliij. Quidam sanctoru. patru. qui verba dei atq. arcana scrutati sunt: quasi diuersa videntur scripsisse: et sic patet q. non cuiuslibet textus sacre scripture sit tm. vnus sensus litteralis. Si autem dicat p. tra hoc: q. licet diuersi diuersus sensus attribuunt alicui littere sacre: non tamen ex p. sequitur q. sint plures sensus litterales talis littere: sed tm. ille est litteralis quem intendit auctor. Ad hoc dicendum. q. fm. sanctum Tho. p. ma. parte questione prima: quia auctor sacre scripture deus est: qui simul omnia suo simplici intellectu comprehendit: non est inconueniens: vt Aug. dicit in. iij. confes. si etiam fm. litteralem sensum sacre scripture plures sint sensus: quod intelligendum est dum tales sensus sint littere conformes: et q. determinationi ecclie seu recte rationi non repugnant: vt dicitur est: similiter et q. sint inuicem copossibiles. Cum aut. p. tin gat duos sensus litterales secum impossibiles alicui sacre auctoritati attribui: necesse est dicere q. tm. alter eorum est litteralis: sicut cum Dan. p. de principe regni perfarum tradit a beato Greg. in moral. q. esset angelus bonus qui regno perfarum p. sedebat. Alij vero dicunt oppositum: et sic contigit i. multis alijs. ¶ Item attendendu. est: q. sensus litteralis sacre scripture tante capacitatis est seu virtutis: q. in eo continentur virtualiter omnia ad fidem seu bonos mores et virtutes pertinentia. Unde magister qui patrum sententias breui volumine compilauit: in cuius voluminis expositione doctores postremi seu scriptores oia quodammodo theologica introduxerunt: in huius sensus litteralis testimonio totum suum opus fundauit: dicit enim in suo prologo sic: Volumen deo p. stante copenimus ex testimonio veritatis in eternu. fundatis. Constat aut. q. testimonia veritatis in eternu. fundata: sunt testimonia sacre scripture fm. litteralem sensum sumpta: ex quo sensu solo testimoniu. potest accipi seu argumetu. fm. Aug. vbi supra. Sed circa hoc

Virtus seu capacitas litteralis

Hoc considerandum quod non omnia que secundum sensum litteralem ex sacra scriptura habentur sunt immediata: sic quod ex primaria litterarum significatio intelligitur: sed requiritur quoniam additio alicuius veri: ex quo vero adiecto sensui litterali aliud verum deducatur: sicut cum dicitur: **Luce. xx. g.** ex testimonio Ise dicentis: **Deo abraam: deo isaac: deo iacob** concludit contra saduceos: aliam vitam esse negantes hominum post presentem: sic arguens: **Est deus mortuorum vel vivorum** quod dicitur: cum ex sensu litterali habemus de deo quod sit deus abraam etc. **Et ratio dicitur: quod deus dicitur esse deus respectu alicuius existentis in rerum natura.** ergo sequitur quod abraam et isaac essent in rerum natura quod negabant saducei. **Constat autem quod hec conclusio non deducitur ex sensu illius littere: deus abraam: deo isaac etc.** nisi addatur alia propositio vera supradicta: et sic patet iterum. **Et potest etiam contingere: quod talis conclusio ex una deductione vel pluribus successibus ex sacra littera concludatur: sicut contingit in scientiis seu artibus humanis liberalibus: quod aliquae conclusiones statim a primis principijs naturaliter notis deducuntur.** **Alie vero ex multis medijs inuicem ordinatis: ut est manifestum.** **Sensus ergo literalis verus quod ex primaria significatio littere consurgit: dicitur quod primo sensus literalis.** **Alij vero subsequentes sunt sensus secundarii: quorum certitudo a certitudine primi sensus dependet: quod sensibus secundariis est certior: sicut prima principia naturaliter nota ceteris ab eis deductis certiora sunt: quod quidem consideratio attendenda est in multis passibus sacre scripture.** **Circa quartum. scilicet cum plures sensus de una auctoritate sacre scripture litterales traduntur: quod illos alios sit preferendus: dicitur quod in hoc non videtur quod possit dari unica regula generalis: sed sunt quedam certa hic consideranda pre-supposita: his quod est in articulo primo de sensu litterali dicitur. **Primum est: quod ille sensus videtur preferendus cuius sententia magis inicitur rationi.** **Unde in decretis di. xx. c. decretales: quo enim quisque magis rationi inicitur: eo maioris auctoritatis eius verba esse videtur.** **Item sensus ille videtur alius preferendus esse: quod magis consonat littere.** **Unde in Aug. in. iij. de doctrina christiana. Dubia sunt determinanda secundum sententiam quod de scripturarum planioribus locis accipitur constat autem quod planiora loca sunt illa quod planius littere consonant.** **Item preferendus est ceteris sensus paribus sensus literalis quod a sanctis doctoribus traditur: ceteris sensus ab alijs expositoribus traditis: unde in decretis ca. allegato: in sacrarum litterarum expositionibus sancti doctores sumis potestibus proponunt: et a fortiori alijs scriptoribus.** **Item ubi duo sensus littere habentur: quorum neutrum pugnat ecclesie auctoritati nec recte rationi: unde tunc traditur a catholicis: et alij ab infidelibus: tunc preferendus est sensus catholicorum: tunc quod magis presumendum est: quod illi quod in gremio ecclesie sunt: cui christus promissit spiritum veritatis: verum intellectus sacre scripture habeat quod infideles quod veritati fidei contra aduersant: tunc ne ad hoc detur infidelibus occasio credendi: quod ipsi melius sacrarum scripturam exponant quod catholici.** **Unde leo papa in quadam epistola ad episcopum Alexandrinum dicit: quod inimici crucis christi factis et verbis nostris insidiant: ideo nullam eis vel tenuem occasionem demus: qua ratione videtur quod cum aliqua littera sacre scripture eodem modo exponatur a catholicis et ab infidelibus: tunc auctoritas talis expositionis attribueda est catholicis et non infidelibus ratione predicta: presertim si talis expositio primo emanavit a catholicis: cuius contrarium reperitur aliquo modo in postilla: sicut patet. **Gen. i. ubi queritur: quare in secunda die non dicitur: Et vidit deus quod esset bonum sicut in alijs diebus: quod tunc ubi pluralitas sensuum litteralium occurrat raro contingit quod unus predictorum sensuum ceteris precellat secundum omnia dicta: sed potest unus illos sensuum precellit uno modo: et alius alio. **Idcirco in talibus videtur habere locum illud ad Ro. iij. a. Unusquisque in suo sensu abundet: salua semper sanctorum reuerentia et auctoritate.** **Circa quintum. scilicet an ex quo libet sensu litterali sacre scripture possit sumi efficax argumentum: dicitur quod licet a solo sensu litterali sacre scripture possit sumi efficax argumentum: ut patet per Aug. ubi supra: non tamen ex quolibet sensu litterali sacre scripture sumitur efficax argumentum: nam cum sint multi textus in sacra scriptura: qui diversimode etiam a sanctis doctoribus exponuntur. ut supra articulo tertio: sequitur quod ex nullo talium sensuum possit sumi efficax argumentum: quod sic argueretur quasi a disiectis ad alteram partem. **Unde tamen si huiusmodi sensus diversi in aliquo concordant: potest sumi inde efficax argumentum saltem in hoc in quo concordant: sicut Dan. ix. in computatione. lxx. hebdomadarum: ubi licet expositores tam hebrei quam latini diversimode se habeant: non solum in termino in quo hebdomade habent initium: sed etiam in progressu computationis: quod tamen secundum omnes terminus ultimus earum iam longe transiit in preteritum: ideo ex ipsa auctoritate argumentum efficax sumitur ad concludendum christum iam venisse: ut ibidem patebit.** **Ex quibus sequitur quod cum**********

cum sensus literalis sacre scripture in quibusdam locis non sit idem apud omnes: ideo potest contingere quod ex aliquo sensu literalis: possit sumi argumentum validum contra quosdam: puta contra tenentes eundem sensum litteralem: ex quo tamen sensu non potest sumi argumentum validum contra alios. scilicet tenentes aliam expositionem seu sensum litteralem: quod quidem diversitas sepius contingit inter nos et infideles. **Sunt enim aliqui textus sacre scripture: quorum sensus qui est litteralis: et verus apud catholicos: non sufficit ut ex eo sumatur efficax argumentum contra infideles seu hereticos: sed ex hoc non tollitur quin talis sensus catholicorum sit verus et literalis apud catholicos censendus (verbi gratia) cum psalmista dicit: **Verbo domini celi firmati sunt etc.** **Sensus verus et literalis apud catholicos est: quod verbo domini. i. filio patris celi sunt firmati: quod quidem expositio apud catholicos est quasi necessaria: etiam consona huic quod dicitur **Job. i. Et verbum erat apud deum: et per omnia ista in. i. p. verbum facta sunt.** **Sed ex hoc sensu non sumitur argumentum efficax contra infideles: non recipientes euangelium: illi enim non concedunt aliquam esse distinctionem realem in diuinis: sic ut sit aliqua diuina persona eterna: liter precedentis ad aliam per modum verbi mentalis. unde cum dicitur: **Verbo domini celi firmati sunt.** ipsi dicunt quod hic loquitur psalmista more humano: sicut cum de mandato alicuius domini aliquid fit: dicitur quod sunt verbo eius facta. **Sumitur tamen ex hac auctoritate argumentum validum a quibusdam fideles circa distinctionem personarum in diuinis. put in primo S. niaz. di. ij. Ex quo sequitur quod catholicus exponens hanc auctoritatem psalmiste. debet eam catholice exponere: non curans an ex ea possit sumi efficax argumentum contra infideles trinitatem negantes: an non: quod non oportet quod ex aliquo sensu literalis argumentum sumatur apud omnes: ut iam dictum est: quod tamen postillato: in hoc loco et alijs nonnullis locis videtur obseruare: ut in suis locis patebit.** **Videtur enim estimare quod non sit sensus literalis: nisi ille a quo sumitur argumentum validum etiam contra aduersarios: quod tamen non est sic intelligendum ut dictum est: **Circa sextum. scilicet respondendo ad principalem questionem videtur dicendum: quod sensus literalis possit comparari ad alios sensus dupliciter. **Uno modo vniuersaliter vel respectu totius sacre scripture in communi. **Alio modo particulariter. scilicet secundum quedam particularia loca sacre scripture. si primo modo comparatur et accipiat sacra scriptura. put est principaliter speculativa: tunc sensus literalis secundum unam considerationem est eiusdem dignitatis cum alijs sensibus. secundum vero aliam considerationem est ceteris dignior. **Ad quod sciendum quod scia speculativa dicitur alia dignior ex duobus. **Uno modo ex dignitate materie. nam videtur dicitur philosophus in. ij. de animalibus. **Minimam quod potest haberi de cognitione rerum altissimarum: desiderabilius est quam certissima de cognitione quod habet de minimis rebus. et secundum istam considerationem sensus literalis: et sensus spiritualis sacre scripture contra accipitur: eiusdem sunt dignitatis. de eodem enim tractat secundum vtrumque sensum. scilicet de deo et creaturis. put in deum referant: prima parte quod scione. **Alio modo vna scia dicitur dignior alia ex certitudine: secundum quam illa scia dicitur dignior quam certior est et secundum hanc considerationem manifestum est: quod sensus literalis sit dignior: cum sit ceteris certior. **Tota enim certitudo aliorum sensuum sacre scripture: a certitudine sensus literalis dependet. unde Aug. de doctrina christiana. **Nihil est quod occulte in aliquo loco sacre scripture traditur: quod non alibi manifeste exponatur. **Cuius ratio est: nam spiritualis expositio semper debet habere fulcrum ab aliquo litterali expositione sacre scripture: put in quodlibeto et questione. s. allegata plene traditur: si autem comparatur sensus literalis ad alios sensus secundum quedam particularia loca sacre scripture: sic manifestum est quod in pluribus locis sensus spiritualis est dignior: ex eo quod de altiori materia tractat: sicut cum legitur de abraam. **Gen. xxij. b. quod duos filios habuit etc.** **Ad expositionem ab aplo. Gal. iij. allegorice de duobus testamentis: ubi patet quod sensus allegoricus ille dignior est quam sensus historialis illius Ise et idem patet de multis alijs. **Si autem accipiat sacra doctrina. putet comprehendit sub se sciam practicam: tunc etiam sensus literalis et spiritualis dupliciter modo comparari possunt. scilicet vniuersaliter et particulariter ut dictum est. **Si primo modo: tunc sensus literalis et spiritualis eiusdem sunt dignitatis. **Alia enim scia practica seu ars dignior est: quam ad vltiorum finem ordinatur: ut ciuilis militari: ut i. j. **Eti. **Constat autem quod finis vltimus totius sacre doctrine in quantum est practica: siue secundum sensum litteralem: siue secundum sensum spiritalem: est vnus et idem. scilicet beatitudo eterna. **Si autem comparantur secundo modo. scilicet secundum particularia loca: tunc manifestum est quod in quibusdam locis sensus spiritualis est dignior: tanquam propinquior vltimo fini: ut patet in multis preceptis ceremonialibus: sicut cum dicitur **Deu. xxv. a. **Non ligabis os bouis triturantis in area fruges tuas: quod exponitur ab Aplo. j. **Coz. ix. spiritualiter ostendens quod sensus precepti illius literalis modice utilitatis est: de quo dicitur: **Non quod de bobus cura est deorum: propter nos vti dicitur: et sic de multis alijs. **Sunt etiam alie considerationes quibus sensus literalis preeminet secundum**

Alio se prefered

Ps. 32. b

An sensus literalis preferatior alijs

Speculatiua scia

ex alijs sensu literalis possit sumi efficax argumentum

uet sens

Additiones circa prologos

Enet sensibus spiritualibus: quarum una est ex parte extensionis. Sensus enim literalis extendit se ad quamlibet particulam sacre scripture: quilibet enim passus sacre scripture habet aliquem sensum litteralem. Sensus vero spirituales non se extendunt ad sacram scripturam: prout patet ex dictis in secundo articulo. **A**lia vero consideratio est ex parte vniuersalitatibus. Sensus enim literalis communior est seu vniuersalior: quia etiam rudes qui ad intelligibilia capienda non sunt idonei: per sensum litteralem capiunt spiritualia: saltem sub similitudinibus corporalibus: prout in prima parte. q. i. ar. ix. Constat autem prout in. j. Ethi. dicitur: quod bonum quanto vniuersalior tanto diuinius. Ex hac igitur triplici consideratione: qua sensus literalis ceteris sensibus simpliciter comparatus est dignior. potest quodammodo accipi tripliciter ratio ad commendationem huius postille. scilicet magistri Nicolai.

Prima est ex parte sensus literalis quod ceteris modo predicto est dignior. Hec enim postilla inter alias que in communem vsum veniunt magis intendit litteralem sensum: ceteris sensibus pretermissis seu valde modicum tactis: ut ipse dicit in prologo. Secunda ratio ex parte sue extensionis. Fuerunt enim aliquae postille solennes de ceteris singularibus vel particularibus libris diuine scripture: que se non extenderunt ad omnes libros: hec vero se extendit ad vtrumque testamentum nihil inde pretermittens. Tertia vero ratio ex parte sue vniuersalitatibus seu communitatibus. Hec enim postilla saltem in his partibus hispanie: et ut credo Gallie communior est ceteris citra Glosam ordinariam. Ad istam enim recurrunt non solum theologos: sed etiam iuristas: et alij intellectum sacre scripture planum habere desiderantes: sed licet ex predictis tribus hec postilla simpliciter sit commendanda: sunt tamen alia tria quibus videtur saltem in aliquibus locis minus sufficere.

Primum quia expositioes sanctorum in pluribus locis irrationabiliter videtur postponere proprie expositioni: et quandoque etiam expositionibus hebreorum: quod est inconueniens: ut dictum fuit in quarto articulo supradicto: inter quos sanctos doctores plures videtur impugnare irrationabiliter sanctum Thome. quandoque expresse quandoque tacite: cuius sancti doctoris eloquia firmiter credo esse igne charitatis examinata: et naturalis rationis dictamine multipliciter purgata: a quo etiam sancto doctore ipse postillator multa frequenter accipit: licet eum non alleget nisi solum reprehendendo. Secundum: quia in lingua hebraica ad quam pluries recurrit non videtur fuisse sufficienter eruditus: quasi illam in pueritia didicisset: sed de illa videri habuisse noticiam quasi ab alijs in etate adulta mendicatio suffragio acquisita: quod multum refert in pluribus sacre scripture passibus: ut in suis locis patebit. Tertium: quia ut ipse dicit in secundo prologo inter doctores hebraicos maxime iducit. Ra. Sa. qui inter eos rationabilius ad declarationem sensus litteralis ut asserit fuit locutus: cuius oppositum est apud hebreos: qui licet ipsum Ra. Sa. reputent solennem doctorem in thalmodicis: non tamen in his que pertinent ad fidei et sacre scripture expositionem: sed potius inter eos reputantur maiores seu solenniores in huiusmodi expositionibus: quidam alij ut Ra. Hoy. Egyptius Berudineus. et Ra. bi abenbacra: et alij. put iam videbit. ut igitur predicta et quedam alia elucecant: quod valde utile putat: considerans vniuersalitates huius postille ad quam etiam infideles quicunque recurrunt et multoties non ut discant: sed potius ut reprehendant. Nam ut dicit magister in prologo: dissentientibus voluntatibus motibus dissentiens quoque fit animorum sensus: cogitavi ex celo diuine veritatis illam transcurrere: et vbi iuxta modum imbecillitatis nostre aliquid visum fuerit additione egere: in marginibus supradaddere: postillam ipsam cum additionibus tibi ut in prefatione dicebam donare: non tamen me putes ut corrigentem seu temerarie asserentem: quod absit: sed simpliciter tibi aliosque que hoc legerint proponente: diffinitionem tamen eorum que per me dicuntur: et ad probationem seu reprobationem humiliter ac euidenter relinquo determinationi sacrosancte matris ecclesie et cuiuscunque melius sentientis. Cum autem aliquam additionem huiusmodi legere volueris: oportet ut prius videas sententiam postille in eo passu ad plenum: nam quelibet additio sententiam postillatoris in eodem loco supponit preintelligendam: nec ignoro quod non omnibus scilicet qui forsitan legerint hoc placebit opusculum: sed forsitan modo ut iuxta Bernhardum loquar: me ob hanc rem multorum fore indignationi obnoxium: et quod aliquando superfluum. aliquando iudicabatur presumptuosum. Sed cum non ut nouus expositio ausus fuerim mittere manum: nec quicquam post patres quod sit contra patres: quinimo pro patribus ut arbitror scripsi: sed potius modicum hoc quod videbis plano modo tradidi: profundorum mysteria peritioribus relinquo: cessat ut estimo presumptiois reat. Superfluitatis etiam vitium incurrere me non credo: cum non tam intendissem

Postillator
commendat

diffem sacram exponere litteram: quod iam multi maiorum nostrorum fecerunt: quod de eadem loquendo sumere occasionem: Tu ut senescens etatis mee deuotionem excitarem: tum ut te ad studia nostra mouendo in aliquo adiuuarem: Tu etiam quod tecum loqui delectar: hanc materiam latius vtiliusque intercolloquendum honestam vtilisque putavi. Si quid tamen superfluit: presumptio mihi sue: etsi ego non sentio: tu forsitan reperieris. solent enim nonnulli aliqua vitia preteritum spiritualia a suis possessoribus ignorari: que infinita clementia saluatoris dignetur ignorare: tu vero tolera patienter: celum potius quam effectum considerans. Nunc autem ad questionem propositam veniamus respondendo ad argumenta.

Ad primum dicendum: quod Apulus cum dicit: Littera occidit: spiritus autem viuificat: non intendit distinguere inter sensum litteralem et spiritalem de quibus hic agitur: sed inter legem veterem que fuerat data a litteris scriptis. scilicet in tabulis decalogi et in libris moisaice legis: et inter legem nouam que data fuit in spiritu sancto in cordibus. put fuit prophetatum. **D**iere. xxxj. Unde lex vetus dicitur lex littere: et lex noua lex spiritus. et quod testamentum vetus cognitionem peccati dabat: ex qua augebat concupiscentiam occasionaliter ex malicia humana: que semper nititur in vetitum: non autem dabat gratiam qua homo adiuuaretur ad implenda diuina precepta. idcirco dicit: Littera occidit. scilicet lex que occasionaliter occidit modo predicto: sed lex noua que lex spiritus dicitur viuificat: in quantum est lex gratie qua homo adiuuat ad implenda diuina precepta.

Ad secundum dicendum quod per sensum litteralem non solum habet historia tamen. scilicet rerum gestarum: sed etiam que sunt agenda ut patet ex preceptis charitatis: in quibus per doctrinam christi tota lex pendet. Similiter per sensum spiritalem habentur que sunt credenda: ut de vnitatem dei: **D**eutero. vi. c. Audi israel deus tuus vnus est. Et de trinitate personarum: ut **D**at. xlvij. d. Baptisantes eos in nomine patris et filij et spiritus sancti. et sic de alijs ad fidem et spem pertinentibus: vnde per **Th**o. prima parte. q. i. ar. vlti. in responsione ad primum ar. Nihil sub spirituali sensu continetur fidei necessarium: quod scriptura per litteralem sensum alicui manifeste non tradat. Et est sententia **Aug**. de doctrina christiana. hec ille. Unde ex hoc quod in quibusdam locis sacre scripture sensus literalis solum gesta docet. non sequitur simpliciter quod per sensum litteralem non habeant ea que sunt de necessitate salutis credenda: agenda: spectanda.

Ad tertium dicendum quod fundamentum in spiritualibus sepe dicitur esse nobilissimum seu dignius quam edificium. **C**hristus enim qui ceteris suppositus ecclesie incorporabiliter dignior existit fundamentum dicitur. vnde. **1** Cor. iij. e. Fundamentum aliud nemo potest ponere preter id quod positum est: quod est christus iesus: quod dicitur per similitudinem: nam sicut fundamentum in corporalibus sustinet edificium et est prius eo: et ipso deficiente edificium tendit in ruinam: sic in edificio spirituali christus sustinet totum corpus ecclesie: et est prior eo dignitate et causalitate si ne quo edificium ecclesiasticum euacuaretur. Similiter suo modo dicendum est de sensu literalis. scilicet quod est fundamentum. scilicet respectu aliorum sensuum per quamdam similitudinem. nam sicut in edificio corporali fundamento sublato edificium tendit in ruinam: sic totus sensus spiritualis sacre scripture rueret sensu literalis totaliter sublato: cum sensus spiritualis de his que ad salutem pertinent fundari habeat in sensu literalis: ut dictum est.

Ad quartum dicendum: quod in sacra scriptura multa traduntur parabolice seu metaphorice. scilicet sub similitudine rerum corporalium. Et hoc propter duo. primo propter necessitatem. secundo propter vtilitatem: quia enim debilitas cognitionis nostre que a sensu habet initium: diuina intelligere non potest: nisi varietate sacrorum velaminum circumuelata per **D**ionys. in. j. de. ce. hierar. Idcirco necesse est quod sub talibus similitudinibus diuina nobis tradantur: in quo etiam est quedam vtilitas ut. scilicet rudes qui ad capienda intelligibilia non sunt idonei saltem sub similitudinibus corporalibus spiritualia proponantur. vnde **Saluator** **D**at. xij. a. postquam proposuit similitudinem dicens: **E**rit qui seminabit etc. postea discipulis ait: **V**obis datum est nosse mysterium regni: ceteris autem in parabolis etc. Unde per **Th**o. in prima parte. q. i. ar. vlti. in responsione ad tertium ar. In talibus parabolicis locutionibus seu metaphoris: sensus parabolicus sub literalis continetur. Cuius ratio est: nam per voces significatur aliquid proprie aliquid figuratiue: nec in talibus est sensus literalis ipsa figura: sed illud quod est figuratum. non ergo cum scriptura nominat dei brachium est literalis sensus: quasi in deo sit membrum huiusmodi corporale: sed illud quod per membrum significatur. scilicet virtus operatiua. Et idem dicendum est cum dicitur deus descendere et huiusmodi: scias quod non est sensus literalis: quod de modo ueatur: sed quod ad modum descendens operetur prudentiam suam rebus inferioribus applicando: et sic patet quod sensui literalis sacre scripture ex talibus locutionibus nunquam potest subesse falsum

Solutio

Secundum

Tertium

Quartum

Additiones circa prologos

Quintum sum. Ad quintum sciendum: quod si liber sacre scripture de quo Ezech. ij. et Apoc. v. dicitur scriptus foris ratione sensus literalis quod dicitur potestior: eo quod per voces inmediate significat: et dicitur scriptus intus propter sensum mysticum seu spiritualem qui est latentior: non tamen ex hoc sequitur quod sensus literalis sit minoris dignitatis uniuersaliter: sed solum particulariter. scilicet ut illis locis seu passibus sacre scripture in quibus concurrunt duo sensus: unum scilicet spirituales. quod de altiori materia tractat seu utiliori: et alium scilicet literalis quod tractat de rebus gestis: quod sunt minoris dignitatis: ut dictum fuit. **S**ed ex hac consideratione habet quod sensus literalis simpliciter loquendo sit dignior: eo quod eius noticia se extendit non solum ad sapientes qui mystica intelligunt: sed etiam ad rudes: iuxta illud **Ro. i. b.** Sapientibus et insipientibus debitor sum. Ex quo manifeste sensus sacre scripture dicitur intus et foris scriptus: etiam secundum sensum litteralem tamen. Nam ut deductum fuit in tertio articulo huius questionis de his quod pertinent ad sensum litteralem quod dam sunt intimiora quam alia. **Ad sextum** dicendum: quod sicut studium humanarum scientiarum incipit a principijs naturaliter notis: sic studium sacre scripture recte ordinatum incipit ab articulis fidei diuinitus in sacra scriptura reuelatis qui fundantur in sensu literali sacre scripture. Ex quibus articulis una cum alijs in sacra scriptura traditis seu per veram et rectam rationem inuentis proceditur ad aliqua alia probanda: sicut **Aplius. i.** **Coz. xv.** ex resurrectione christi arguit resurrectionem communem: et per istum processum deuenit ad omnia que in sacra theologia veraciter traduntur: que omnia reducuntur ad sensum litteralem ipsius sacre scripture ut dictum est. Ex quo patet quod studium sacre scripture incipit ab intellectu sensus literalis ipsius primarie sumpto: et terminatur in his que in eadem sacra scriptura traduntur vel deducuntur ex eis modo predicto. Cetera autem que ad sensum spiritualem pertinent fundari habent in predictis ut dictum est. Ex quibus patet excellentia sensus literalis in quantum in ea includuntur circa cognitionem diuinam que est perfectior: et illa que se habent in alijs scientijs ut intellectus. scilicet prima principia: que illa que se habent ut scientia que deducuntur a principijs: que etiam illa que sunt de sumis causis rerum que pertinent ad sapientiam: ut in. **ij.** **Ethic.** Illud autem quod dicit **Aplius Ro. i. c.** Inuisibilia dei a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur: proprie intelliguntur de his que cognoscuntur de deo per creaturas: ut philosophi cognouerunt: vnde ibidem dicitur: Quod notum est dei manifestum est illis. **Ad septimum** dicendum: quod ex illa auctoritate **Breg.** non est intelligendum quod sensus literalis sacre scripture. scilicet quod ab auctore intendit deficiat in aliquo loco: sicut vel falsum includat: vel quid penitus inutile. primum enim esset infirmare totam auctoritatem sacre scripture: ut **Aug.** dicit. secundum contra **Aplm** sic dicentem: Quecumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt: sed quod sensus literalis acceptus a significatione que voces significant res quas deficit: in tali casu dicit **Breg.** quod redeundum est ad significationem que res per voces significat aliud vltimum significat: quod pertinet ad mysticam expositionem. Et in talibus sensus literalis principaliter intellectus ab auctore: non est ille qui per significationem vocum primarie intelligitur: sed potius ille qui vltimius per significationem rerum per voces significatarum habetur. Contingit autem hoc in sacra scriptura multipliciter. Primo in locutionibus pabolicis. ut dictum fuit in responsione ad quartum argumentum. Item cum scriptura loquens de vno ad litteram transit ad aliud cuius est figura: ut patet in prima regula et vltima beati **Isid.** que ponuntur in secundo prologo huius postille. Item cum aliqua historia secundum significationem vocum tantum intellecta non inducit aliquam instructionem in fide seu moribus utilitatem: neque etiam inducit ad aliquam honestatem in conversatione humana. sed potius videtur aliquam speciem mali inducere seu approbare: et ideo in tali historia requirendus est necessarius sensus secundum mysticam significationem: ac comodius et vtilius ad aliquid predictum. iuxta illud **Esai. lviij. c.** Ego dominus doces te vtilia. Et per insinuant verba **Breg.** in predicta auctoritate cum dicitur: Cum ordo historie fide dicitur: Historia enim sacra ordinatur ad nostram doctrinam cum autem in hoc secundum significationem vocum deficiat: constat quod ordo historie deficit: et sit sine dubitatione redeundum est ad spiritualem sensum modo predicto: qui in talibus habendus est pro literalis: cuius exemplum habet. **ij.** **Regu. i. a** in historia de **Abisac** adducta ad **dauid** in senectute sua: patet **Idero.** ibidem notabiliter exponit vide ibi in additione secunda: qui quidem defectus in sensu accepto secundum significationem vocum tamen sepe contingit in sacra scriptura modo predicto. Unde in talibus locis recurrendum est ad auctoritatem beati **Breg.** supradictam: que valde attendenda est.

Copia cuiusdam littere que de determinatione predicta questionis a quodam magistro in sacra pagina de ordine magistorum auctori additionum fuit missa. **A**lme presul: quod et alter **Symeon** annosus famosus studio diuine legis: tua emerita senectute obtulisti quasi sacrificium vespertinum: que forsitan responsu accepisti a spiritu sancto

spiritu sancto: non te videre mortem nisi prius additionibus declaratis declarationes litterales vtriusque testamenti elucidares: quasi in te esset vena vite et in lumine tuo lumen illius videre tur: idcirco tibi laus et honor in ecclesia sanctorum: ut ceteris sacraz scripturam elucidantibus est concessus. Et quoniam alme presul: apertus et pastor: speculum et agalma luciforme pennealis introductio tui operis additiones nominati: ad manus mei pau peris fratris minoris suspirantis fama primo: secundo scriptura peruenit: in quo cernens mentis tue rectitudinem complantam ramusculo bone nature legis: quam interfecit **Paulus** ad thesaurizandum patribus filiis: nec minus terminum questionis qua querit tua ingeniosa solertia dignitatem litteralis intelligentie abundare alijs sacre scripture sensibus per cuius parte contra octo rationibus **Achilleis** fundamentum veritatis agitaisti non modicum firmitatem eiusdem solidando: in eo honoris virtuti debiti decisionem assignando sub numero senario: in quibus omnibus et si magna exuberat utilitas: attamen non ingeniosa subtilitas mentem reficit eleuataz: non satiat tue questionis determinatio affirmatiua cum sua determinatione oppositum concludat: quoniam sicut adoratio imaginis non propter imaginem: sed imaginatum fit: sic reuerentia et honor littere propter spiritum: et propter quod vnuquodque et illud potius. Honor enim et reuerentia transit in prototypum non vna aurea manna plena: virga et tabule propter arcam fedoris: sed arca propter talia reuerenda erat. Quid interiora nisi spiritualis intelligentia. Quid arca nisi littera prospecta. Quid ad hoc distinctius ezechielitica visio manifestat: cum pulchritudo ista depingit sub metaphora rote in medio rote: rota in medio rote: littera gratie in littera legis: quibus non concedit vitam sed spiritualem intelligentiam: cum subiungit: Et spiritus vite erat in rotis. hec enim est vera vita: qua verbum vite cecitati iudaice predicauit. cum dixit: Scrutamini scripturas etc. non fatiat etiam primum decisionis: nec secundum nec tertium nec quartum nec quintum: ponit sextum ubi agit de comparatione sensus literalis ad mysticum sensum: inter quos comparatio non est possibilis propter gradus diuersarum specierum: extra quod non contingit comparatio propter extensionem gradualem specificae nature. Quare ex his dependenter fallit motuum triplicis considerationis: quia sensus literalis alijs sensibus simpliciter comparatus est dignior. scilicet ex parte extensiois: fallit istud cum cuncta sacra eloquia plena sunt dominicis sacramentis: hac longiorem extensionem spiritus supra litteram cognouit **Paulus** cum dixit: Omnia in figura illis contingebant: non solum scripta: sed etiam quecumque modo alio tradita: et propter hoc etiam fallit secundum. scilicet ex parte vniuersalitatatis: quoniam quanto aliquid vniuersalius tanto concabibilius. sensus autem literalis propter suam limitationem per doctores famosos: et signantur per doctores irrefragabile est incommunicabilis. non enim diuiditur sed bene mysticus multiplicatur. Et ponit multiplicationem doctoris: quoniam inquit: aut refert mores: aut fidem: primo modo tropologicus: secundo dupliciter: quoniam vel fidem deitatis: vel humanitatis. Si deitatis: anagogicus. Si humanitatis: allegoricus. Tertium autem etiam fallit: quoniam dignitas istorum sensuum attenditur penes maiorem utilitatem: que consequitur maiorem certitudinem in quantum est ex se. non enim certitudo spiritualis intelligentie est speculationis: sicut litteralis intelligentie: sed est certitudo experientie et secundum affectum: et per modum gustus: per spirationem et testimonium spiritus sancti: ex quibus non consurgit ratio commendationis postille doctoris **Nicolai**: sed confidendo de tui benigna conditione: cui me deuoto comendo: estimo ratione sue commendationis consurgere ex oppositis adiectiuis: quibus **Nicolai** tam immerite reprehendere nitens. Comendat enim quis ex proprio opere: que sententias doctorum postposuit quasi imprudenter: ut auctorizaret opus suum ecclesie doctoribus a qua non deuiavit. Hec probas: quod dicit verba sancti **Thome**. esse igne charitatis examinata: cum in pluribus suis determinationibus sunt impugnata per plures ingeniosos theologos viros admirabiles: qui in corpore scripserint nescio: deus scit. Commendatur secundo: et si non a proprietate sermonis hebraici: quem non in lacte surit: sed a veritate sententiarum: circa quam non errauit immiscendo illam habitum theologico qui illum lactauit. Commendatur tertio in eo: quod inter omnes doctores hebraicos. **Ra. Sa.** elegit: quoniam inter omnes illum meliorem theologum inuenit. Ista sic indigesta tue digeste prudentie alme presul scribo calamo breuissimo: comendans tue ingeniose scientie defectus calami ignari attamen deo teste tibi nunc plusquam vniuersi in seculo afficio: cum inter mortales sis nunc virtuosior: et tui reuerentia esset mihi opus tuum assidua diligentia si occurrisset mihi sua presentia. **Viue** cum gratia: ut viuas semper in gloria.

Sensus literalis alijs dignior

Additiones circa prologos

Copia responsionis ad predictam eplam.
Venerande religionis vir frater et amice
 charissime lras tuas me recepisse recognosco:
 in quarum exordio me alterum Symeonem vocas:
 cui in nullo me credo assimilari: nisi in senecta
 vtrina vberi. Sed illarum pcessu aliquantulum
 specto: te potius vocare possem alterum samaritanum. oleum enim lau-
 dis cum vino reprehensionis artificiose sat attulisti. De vtraque autem
 materia plusquam casus requireret credo te attulisse. Non enim talem
 ac tantum me sentio: qualem me scripsisti: nec dicta mea de quibus agit:
 in quantum ingenij mei modum intelligere valet reprehensione tua com-
 digna repio. Si tamen sunt libenter correctionem recipiam. Non enim
 vanum nomen acquirere: sed veritate inquirere. Possit enim esse. Sed per
 la-
 tum discurredo: quantum ad primum tuum benivolentiam erga personam meam af-
 fectum a quo huiusmodi oleum emanasse concerno: gratum habeo: et gratam re-
 tributio estimo esse dignum. De secundo vero amplector: libenter esse
 factum. Ferrum enim ferro acuitur: et priorum solutionibus veritas magis elu-
 cescit. Deceat autem per singula argumenta tua discurrere: et omni
 rhetorice flore deposito vobis planis quibus in scientia inuestigatio-
 nibus uti solemus: singulis put mihi videbitur respondere: obie-
 ctiva verba tua repetendo in locis suis: ut omni perfusione femo-
 ta: singulorum veritas apertius innotescat. Dicis enim primo de qua-
 stione mea in generali sic. In quibus omnibus et si magna exube-
 rat utilitas: non cum ingeniosa sublimitas mentem reficit elevatam.
 Circa quod non modicum de tua discretione admiro. Verba enim
 quae in sacre scripture expositionibus magna exuberant utilitate: quod
 si non reficiat mentem elevatam. Quidam enim prophetarum scripsit: Ego
 dominus docens te vtilia. Non non dixit subtilia seu ingeniofalia
 enim quae ut dicis mentem elevatam reficiunt: sed contra vtilia distinguan-
 tur: potius pertinere videntur ad alta sapere quam ad sobrietatem. Con-
 sequenter dicis quod non sariat te questionis determinatio affirmativa
 et. Et quo videtur quod non vidisti: vel forte non attente considerasti de
 terminationem meam spualiter in sexto articulo responsali: ubi ma-
 nifeste habet quod decisio seu determinatio mea non fuit affirma-
 tiua simpliciter sed distinctiua. Sunt enim ibi tres distinctiones: primum
 quarum vna sensus literalis pertinet: primum aliam vero est equalis di-
 gnitatis: et primum aliam etiam minoris dignitatis quam sensus spiritua-
 lis. Consequenter dicis quod reuerentia et honor ipse est propter
 spiritum: quod propter quod vnuquodque et illud magis. I. posteriorum. Ex
 quo conaris concludere quod sensus literalis honorat propter spuales
 ad quod deducis exemplum de arca federis cui honor debebat
 propter contenta in ea: et non econtra. Frater mi charissime mihi
 videtur te hic inuoluisse sententias. Si enim per hoc quod dicitur littera:
 intelligis characteres in tabulis expressos: et per spiritum intelligis
 sensum per eos signatum utique concedit tibi: sed nihil facis con-
 tra me argumentando. Nam sensus literalis est qui primo per litte-
 ram intelligitur: et ideo secundo ei debet honor: et potius quam lit-
 tere materiali. Si autem per hoc quod dicitur littera: intelligis sensum
 litteralem: et per spiritum sensum mysticum seu spirituale: sic distin-
 guendum est. Nam in quibusdam locis sacre scripture: ut in histo-
 rialibus veteris testamenti seu ceremonialibus et huiusmodi: di-
 gnior est sensus mysticus quam literalis ut in sexto articulo respon-
 sali questionis predictae fuit ostensum: et in talibus potest habe-
 re locum exemplum predictum de arca federis. In alijs vero locis
 ubi sensus literalis solus primum Aug. inquitur: exemplum predi-
 ctum nullum videtur habere locum: ut patet in materia propria de qua
 loqueris. in tabulis enim testamenti quod est in arca federis conclu-
 debantur: nihil aliud continebatur nisi precepta decalogi: que
 quidem precepta non exponuntur principaliter seu communiter: nisi
 primum sensum litteralem: ad quem omnes expositiones eorum quantum
 cunque multiplices reducuntur. Consequenter deducis visio-
 nem Ezechielis de rota in medio rote ad tuum propositum offen-
 dendum: quod manifeste videtur non valere. Si enim hanc visio-
 nem allegas primum litteralem sensum interroga magistrum. Nico-
 laum qui litteralem sensum maxime sequitur: et dicit tibi quod per
 quaternum numerum animalium et rotarum in visione ezechielis:
 intelligitur quaternarius regnum succedentium. scilicet Chaldeorum:
 Persarum: Grecorum et Romanorum. et sic auctoritas tua primum littera-
 lem sensum nihil facit contra me. Si autem eam allegas primum sen-
 sum spualem: vide Grego. quod hanc visionem in Domel. suis super
 Ezech. eleganter exposuit. quod rota in medio rote nouum testamentum
 in medio veteris exposuit. Constat autem quod in vtroque testamento:
 et per primum vtraque rota inuenit sensus literalis et spualis: vita tamen
 non procedit nisi spuali intelligentie: cum subdit: Et spiritus vite erat in
 rotis. Audi rogo si per spualem intelligentiam solum intelligeres
 spualem sensum seu mysticum excluso sensu literalis/manifeste de
 vias a veritate sacre scripture. Constat enim quod omnia que
 de necessi

de necessitate salutis traduntur credenda seu agenda in sacra
 scriptura: sub sensu literalis reperiuntur. Mysterium enim sum-
 me trinitatis et vnitatis: quod inter credenda summum tenet lo-
 cum: in auctoritatibus sacre scripture primum sensum litteralem in-
 tellectis fundatur. vnde Aug. tractans de ordine seruando cum
 de trinitate agitur in. iij. lib. de trinitate sic dicit: primo contra
 auctoritates sacrarum scripturarum: vtrius fides ita se habeat
 demonstrandum est: deinde aduersus garrulos etc. Constat
 autem quod auctoritates sacrarum scripturarum: que nos obligant ad
 credendum in mysterium sancte trinitatis sunt ille: que primum sen-
 sum litteralem hoc dicunt: tantummodo enim in talibus sumitur efficax
 argumentum primum eundem Aug. de doctrina christiana. Unde
 oia testimonia que a magistro in. i. di. ij. ad hoc mysterium fundantur
 deducuntur: intelliguntur primum sensum litteralem: ut ibidem pa-
 tet. De mysterio autem incarnationis verbi: in cuius agnitione vi-
 ta eterna consistit. vnde: Hec est vita eterna ut cognoscatur te deum:
 et quem misisti filium tuum etc. manifestum est quod omnia circa hoc
 de necessitate salutis credenda: in sensu literalis principaliter
 traduntur: ut cum de incarnatione dicitur: Verbum caro factum est:
 quod primum sensum litteralem incarnationem veram significat. Et cum
 de morte dicitur: Clamans voce magna expirauit: et sic de alijs
 circa humanitatem christi credendis. que omnia in sensu litte-
 rali inueniuntur. Idem de creatione mundi et alijs articulis fi-
 dei: qui nobis proponuntur credendi: quod omnes sub sensu littera-
 li inueniuntur: et ideo habet vim interlocutoriam: ut dictum est.
 De his vero que agenda sunt de necessitate salutis solum accipio
 illa dno manifesta: in quibus tota lex pendet et appete: primum te/
 stimonium saluatoris. scilicet. Diliges dominum deum tuum ex toto corde
 etc. Et diliges proximum tuum sicut teipsum. ista enim mandata non
 habent nisi sensum litteralem. Non enim hoc loco res signifi-
 cate per vocem deus: seu per hanc vocem primum et per hanc voces
 diliges: vterius alias res significant: a quibus rebus signifi-
 catis sensus alius accipiat: ut est manifestum. Et attende quod non
 solum predicta que de necessitate salutis sunt agenda: sed etiam
 illa que ad statum perfectionis pertinent: et que vtilia dantur ha-
 bentur per sensum litteralem. ut cum dicitur: Si vis perfectus esse va-
 de et vende omnia que habes et da pauperibus. In quibus ver-
 bis primum sensum litteralem intellectis. intelliguntur omnia illa que
 ad statum perfectionis pertinent ut est manifestum. Item do-
 ctrina sacramentorum ecclesie quibus gratia iustificans datur
 seu augetur: Quero per quem sensum datur nobis in scriptu-
 ris: per litteram seu mysticum: non est dubitabile quod per littera-
 lem. Cum enim dicitur: Qui crediderit et baptizatus etc. primum
 sensum litteralem institutio sacramenti baptismi intelligit. Si
 militer cum dicitur: Caro mea vere est cibus: et qui manducat
 meam carnem etc. primum sensum litteralem dictionum huiusmodi
 habetur virtus seu efficacia sacramenti eucharistie. Similiter
 per sensum litteralem huiusmodi dicitur: Confitemini alterutrum peccata
 vestra. sacramentum penitentie intelligimus. Quis ergo sane
 mentis audeat dicere: quod in sensu literalis non est spiritus vite: cum
 in eo omnia credenda et agenda ad vitam spualem pertinentia tra-
 dantur: Sed forte diceres: quod oia predicta etiam habentur in
 sensu mystico. nam per sensum allegoricum habent ea que sunt cre-
 denda: et per tropologicum que sunt agenda etc. Ad quod dicen-
 dum quod nihil sub sensu spuali continet fidei vel moribus neces-
 sariu: quod scriptura alicui per literalis sensum non manifeste tradat.
 vnde Aug. ad Vincentium donatistam. Quis autem non im-
 prudentissime nitatur aliquid in allegoria positum pro se addu-
 cere: nisi habeat etiam manifesta testimonia quorum lumine illu-
 stratur obscura: Sed vterius de sensu mystico videris dicere
 sic: Hec enim est vera vita: quam verbum vite cecitati iudaice pre-
 cauit: cum dixit: Scrutamini scripturas in quibus putatis vos vi-
 tam eternam habere: per hec verba sentio te estimare: quod per scri-
 pturas a christo preceptum iudeis: intelligitur eis man-
 dare ut de sacris litteris educerent seu extraherent sensum spi-
 rituale seu mysticum: quod salua pace dixerim nullam continet
 veritatem. Audeo tibi dicere frater: Scrutare oia sacra euan-
 gelica dei: et non reperies primum allegasse auctoritatem aliquam sa-
 cre scripture vel discipulis erudiendis. aut iudeis contradic-
 tibus: seu etiam diabolo tentati nisi sub sensu literalis intellecta.
 Unde et magister Nicolaus hoc recte considerans in tota postil-
 la sua ve. testa. ubi occurrit aliquis textus allegatus in nouo a
 christo vel a discipulis semper exponit eum primum sensum littera-
 lem: intantum quod etiam illud ps. Lapidem quem reprobauerunt
 edificantes: hic factus est in caput anguli: exponit intelligendum esse
 primum sensum litteralem de christo: eo quod christus iudeis illum textum de seipso
 allegauit. Similiter oia auctoritates ve. testa. quas apost. al-
 legat ad Heb. i. ad probandam diuinitatem christi et alia eius my-
 steria

Job. 17. a

Bar. 1. 15

Deu. 6. a

Dat. 19. d

mar. 16. d

Job. 6. f

Jaco. 3. d

Job. 5. l.

Ps. 117. l.

Asteria conat eos reducere ad sensum litterale quantuncumque pri-
 ma facie habeant aliam apparentiam: quod est necessarium ad hoc
 quod sint efficaces ad concludendum intentum: et sic in locis alijs qui-
 buscumque totius postille. Et quo concludit contra te. Ipsos enim
 sensus mandabat christus scrutari: de quibus ipse quotidie di-
 cebat: predicabat seu disputabat: qui sunt tantummodo litterales
 ut dictum est. et ideo illud verbum christi: **Scrutamini scripturas:**
 quod per te allegas per magistrum predictum: exponit de mysterijs
 christi que in sacris scripturis intellectus reperiunt. Dixit enim
 super predicto verbo. **Scrutamini scripturas: Job. v. f.** sic scriptu-
 ra veteris testamenti designat tempus aduentus eius: **Gen. pe-
 nul. b.** **Non auferet sceptrum de iuda etc.** et **Dan. ix.** ubi determi-
 nat aduentus sancti sanctorum sub numero certo hebdomadarum.
Determinat etiam locum natiuitatis: Mich. v. a. **Et tu bethleem.**
Determinat etiam modum nascendi: Esa. vii. **Ecce virgo concipiet**
et modum conuersandi Zacharie. ix. b. **Ecce rex tuus venit tibi.**
Et modum moriendi: Esa. liii. c. **Sicut ouis ad occisionem ducet**
et. Et breuiter omnia christi mysteria in veteri testamento inueni-
unt expressa et in christo completa. hec ille. Costat autem quod omnes
autoritates predictae allegatae per postillatores per sensum litterale
predicta mysteria significant. Et sic patet quod cum dicit: Scrutamini
scripturas: referendum est ad sensum litterale: quod est inten-
tum. Sed forte dices quod sensus litteralis non indiget scrutinio:
cum ex significatis per vocem accipit. et sic statim offert se intelle-
ctui cum modico scrutinio seu rationis indagine: unde de hoc su-
per suum videret cecitati iudaice christum predicasse: Scruta-
mini scripturas: cum ipsi de hoc sensu satis edocti fuissent. Non
sic frater mihi non sic. Sensus enim litteralis sacre scripture licet
ex significatis per vocem accipiatur ut dicitur: multi tamen in eius
intentione vel acquisitione errauerunt in veteri et in nouo
testamento. Cuius ratio est: nam sicut de vijs domini que sunt
eius precepta seu consilia legitur per prophetam: Recte sunt vie do-
mini: et iusti ambulabunt in eis: preuaricatores autem corruerunt
in eis: sic in sensu litterali contingit. scilicet quod licet sit rectus: id
est planior: et iusti. i. habentes lumen fidei: ambulabunt in eis
scilicet intentis et significatis per sensum litteralem fide adherendo:
preuaricatores tamen. scilicet carentes huiusmodi lumine. scilicet fidei corruerunt
in eis. In veteri testamento iudei christo contemporanei cum huius-
modi sensum litteralem multipliciter errabant: sicut et moderni pro-
rum suorum errorem sequentes: ut in multis locis euangelij pa-
ter. Unde in preceptis decalogi que sunt principalia inter legis
precepta: tantum errabant quod per precepta de obseruatione sabbati in-
telligebant. phiberi ad fructum ne quis in sabbato. primus suum
curaret: quod est inhumanum: de quo conseruabat eos christus: ostendens
quod licet in sabbatis benefacere: dicitur: Quis ex vobis qui
bet vna ovis: et si ceciderit in sabbatis etc. Similiter in homici-
dio non intelligebant. phiberi nisi occisione corporis humani: qui
bus aperuit dominus sensum: asserens omnem iniquum motum ad nocendum
fratri in homicidij genere debere computari. Hoc idem decla-
rat Aug. contra Faustum de omnibus illis de quibus dicit in eu-
gelio: Audistis quod dictum est antiquis. Errabat etiam circa princi-
piu de honoratioue parentum: irritum facientes dei mandatum propter
traditionem suam: ut testificat Matth. xv. et Mar. vij. Quia ra-
tione ostendit de eis dictum fuisse per Esa. Populus hic labijs me
honorat etc. Super quo et alijs erroribus quibus adhibebant in
sensu literalis sacre scripture: deficientes de eis ibidem concludit:
Ceci sunt et duces cecorum. An cecitas iudaica quam christus re-
probat circa falsum intellectum sensus litteralis consistit. Patet
etiam hoc per predictas auctoritates veteris testam. quas postillator al-
legauit super illud verbum: Scrutamini scripturas. que quidem au-
toritates per sensum litteralem mysteria christi significant: ut
supra dictum est. que quidem sensus litteralis iudei multifarie puer-
tentes: veritate fidei per eas expressam non verentur negare. An re-
cte eis dicitur: Scrutamini scripturas. i. diligenter attendite verum
sensum litteralem in eis contentum. Et attendendum quod quod inter predi-
ctos errores pichosior erat error circa cognitionem christi circa quam
pernacissime se habebat. Testat enim Lucas quod cum eis semel in syna-
goga illud Esa. lxi. a. Spiritus domini super me: propter quod vnxit me eu-
gelizare pauperibus etc. exponeret de seipso fuisse dictum finaliter:
et ceterum illud extra ciuitatem ut precipitarent eum. merito igitur tali-
bus christus dicebat: Scrutamini scripturas: quia si talia scri-
pturarum sensum litteralem vobis habuissent: testimonium verum in-
uenissent de christo. et id subtingit: Ille sunt qui testimonium phibent
de me. testimonium autem a sacra scriptura non habet certum nisi ex sen-
su literalis: ut Aug. in multis locis testat. Idem patet in nouo testa-
mento si Arrius verum literalis sensum habuisset huiusmodi dicit: Ego et pa-
ter vnus sum. Hac autem vnitate intelligendo in diuina natura. sicut
illi dicit: Pater maior me est: vobis intellectum habuisset intelligendum
do maiori.

do maiori respectu nature assumpte: non corruisset in here-
 sim suam damnata. Sed quod predicta aliter intellexit ad fratres quod ca-
 tholici spiritu sancto illuminati intellexerunt: lapsus est in laqueum.
 Et sic patet quod circa vobis intellectus litteralem euangelij predi-
 ctus error persistit: et sic intelligendum est de alijs: ex quo patet intentus.
 Alterius dicit quod non faciat te primam decisionis mee: nec secun-
 dum: nec tertium: nec quartum: nec quintum. Circa quod si ostendit
 ses ratione tue insatietatis: forte satisfieret tibi. Sed quod per-
 misisti assignare rationem: nullam tibi do responsum: nisi quod ca-
 uendum est ab insatiabilitate cordis: quod in sacris scripturis repro-
 bat. Circa sextum: quod ibi declarasti mentem tuam: merito responde-
 dum est tibi. Dicit primo quod inter sensum litteralem et mysticum non est
 possibilis compatio: quod valde irrationabiliter dicitur reputo.
 Tu quod tu ipse predictos sensus compas ad inuicem. asseris enim quod
 sensus mysticus est dignior: et persequens sunt comparabiles per te.
 Tu quod nullus rationabiliter negare posset creator esse dignior
 re creatura. Distantia autem inter creatorem et creaturam excedit quam
 cumque distantiam inter res creatas: ut est manifestum. Tu etiam quod
 isti duo sensus de quibus agimus sunt species sub genere exposi-
 tionis sacre scripture contente: ut patet per omnes doctores de hoc
 loquentes: ut Bedas/Aug. et alios. Nihil enim phibet quod sicut
 dicimus specie humanam esse dignior: et brutali seu irrationali: sic
 quod vnus sensus sacre scripture exponendi sit altero dignior. Con-
 sequenter quod dixeram in conclusionem quod sensus literalis esset dignior
 ex parte extensionis: eo quod quilibet propositio sacre scripture habet
 sensum literalem verum. Sensus vero mystici non se extendit ad to-
 tam sacram scripturam: contra quos dicitur sic: Fallit istud cum cuncta
 sacra eloquia plena sint dominicis sacramentis: hic videris inuol-
 uere sententias per acceptionem huiusmodi dicti sacramentum. si enim acci-
 peres sacramentum proprie ut significet sacramenta noue legis
 et etiam veteris: sic falsum assumeres. multa enim sunt eloquia di-
 uina in quibus nulla fit mentio de sacramentis: in quocumque sen-
 su talia eloquia sumantur. Si autem per sacramentum intelligas sa-
 crum secretum: ut per hoc intelligat sensus mysticus: sic etiam assu-
 meres falsum. Ostensum est enim in secundo articulo questionis de
 qua agit quod sunt multa in sacra scriptura in quibus solus sensus
 literalis esse querendus. et est sententia Aug. super Gen. ad fratres. Si au-
 tem per sacramentum intelligis quamcumque sacram doctrinam: sic verum
 dicitur. sed nihil facit contra me: quia in illis passibus in quibus so-
 lus sensus literalis querendus est: sunt multa sacra documen-
 ta de fide seu moribus: prout deductum fuit supra: et sic patet quod
 extensio sensus literalis stat in suo vigore. sed ad probationem tui
 assumpti. scilicet quod sensus mystici extendant ad totam sacram scri-
 pturam sic allegas. Hanc extensionem spiritus supra litteram cognouit
 Paulus cum dicit: Omnia in figuris contingebat illis: non solum
 scripta sed etiam quocumque alio modo tradita. Hec auctoritas pau-
 li si bene attendas nihil facit contra me: loquitur enim ibi de gestis po-
 puli tunc sub antiquo testamento de gestis quorum vita erat propheta.
 An narratis in eodem capitulo quibusdam eorum gestis: tam in
 transitu maris quam sub nube: et huiusmodi: concludit: Hec autem omnia con-
 tingebat illis in figura. Non enim dixit solum omnia contingebat. sed cum
 hac additioe: Hec autem omnia: ut ostenderet se de illis et similibus
 tunc modo loqui: Similiter non dicit quod omnia dicebant illis in fi-
 gura: sed contingebat: in quo manifeste ostendit quod loquitur de
 gestis contingebat: non autem reuelatis seu preceptis eiusdem. Nun-
 quid quod dicitur in veteri lege: Audi israel deus tuus vnus est.
 contingebat eis in figura. vel quod dicitur. Diliges dominum deum tuum
 ex toto corde tuo: et huiusmodi: et sic de similibus. Absit: ibi enim
 solus literalis sensus est querendus per sententiam Aug. Ex hac con-
 sideratioue clari patet preminentia sensus literalis per extensionem.
 extendit enim se ad auctoritates notabiliores et excellentiores sa-
 cre scripture: de quibus dictum est. scilicet in quibus auctoritatibus
 mysticus sensus non habet locum. Consequenter dicit quod sen-
 sus literalis non est vniuersalior: quia quanto aliquid est vni-
 uersalius tanto comunicabilius: sed sensus literalis propter
 suam limitationem et signanter per doctorem irrefragabilem
 est incomunicabilis: eo quod non diuiditur: sed bene mysticus mul-
 tiplicatur. Attende frater rogo: si comparas sensus sacre scri-
 pturæ ad inuicem per eorum limitationem ad materias de quibus
 agunt: manifestum est quod quilibet sensus mysticus limitatur
 ad certam materiam. Tropologicus enim sensus solum agit de
 agendis per mores. Allegoricus vero de credendis. Anagogi-
 cus de sperandis. Sensus autem literalis de singulis predi-
 ctis: et etiam de iam gestis manifeste tractat. Nec credo quod do-
 ctor irrefragabilis huius oppositum asserat. et sic compatio tua
 potest facere per me. Itaque si attendisti vniuersalitatem quaz attribuo
 sensui literalis satis manifesta est. consistit autem in hoc quod non so-
 lum literalis seu sapientes: sed etiam rudes: quod ad intelligibilia capien-
 da non sunt

In sensu
literalis et my-
stici ratio

Sensus lit-
teralis quod
dignior

1. Co. 10. b

Deu. 5. a

An sensus lit-
teralis vni-
uersalior

Additiones circa prologos

Rom. 1. b

da non sunt idonei: tñ p sensum lralē capiūt spūalia: saltē s̄ si multitudinibus corpōrib: iuxta illud Apostoli: Sapiētibus et insipientib: debitor sum: unde ex parte huius vniuersalitate sensus lralis manifestā habet p̄minentia. In hoc autem quod obijcis de incōmunicabilitate: si sic opinaris a veritate deuias manifeste. **C**omunicat enim sensus litteralis cuilibet p̄positioni sacre scripture: vt dictum est. et iterum in multis locis vnus passus habet multiplicem expositionē litteralem: prout fuit ostensum in tertio articulo questionis. Est etiam sensus lralis abyssus multa p̄pter magnas difficultates i ea contentas: circa ea que ad fidem et mores pertinet. **N**ec mirandū: nam scientiarū humanarum libris in quibus sol⁹ sensus litteralis est inquirendus: q̄ plurima cōmenta sunt: et plures expositiōes seu scripta. **S**imiliter et multiplices questiones ad mentē auctozū intelligendā seu elucidandam: vt patet i **P**hysic: **M**etaphysic: et **E**thicis. **S**imiliter in facultatibus vtriusq; turis et h̄mōi: in quibus nec in textu nec i glo. est sensus nisi litteralis. **S**i igitur in illis in quib⁹ solum illa tractant que in lumine naturali ratiōis cognosci possunt: tot multiplicitates cōmentozū: varietatesq; questionū et expositionū et h̄mōi circa sensum litteralē inueniunt: quāto magis in scriptura diuina vbi agit de his q̄ sup̄naturali lumine tantummodo cognoscunt inueniri possunt multiplices sensus litterales seu expositiones questiones et h̄mōi. **N**ec credo te latere q̄ sensus litteralis diuidit̄ in tres species s̄m **A**ugu. in li. de vti. cre. s. in historica. etymologica: et anagogica: vt in tertio articulo exposui. **S**imiliter et septem clauēs seu regule quas **A**ug. tradit in li. de sum. bo. que in p̄logo a postillatoze ponunt nō sunt nisi quedā species sensus litteralis: vt patz̄ itel ligēti. **E**x quibus manifeste patet q̄ sensus lralis est communicabilis et multiplicabilis. **D**icis enim cōsequenter q̄ dignitas istoz sensuū attendit̄ penes maiorē vtilitatē que cōsequitur maiorē certitudinē: quod tibi concedo. put in questione p̄dicta largius est deductū: sed quod subiungis: q̄ certitudo spūalis intelligentie nō est speculationis sicut litteralis intel ligētia sed est certitudo experientie et s̄m effectū et p̄ modū gustus: p̄ inspirationē et testimoniū spūsancti: hic manifeste inuoluit̄ sententias. **A**tribuis enim sensui spūali seu mystico qd̄ in hoīe spūali habet locū. nō enim de ratione sensus spūalis seu mystici est: vt det gratiā eū intelligenti seu inueniēti. nec etiā est necessariū q̄ habens verū sensum mysticū seu spūalem sacre scripture sit in gratia gratificante. sufficit enim ad sensum spūalem seu mysticū recte inueniendū seu habendum: habere seu participare donū prophetie: seu donū interpretationis sermonū: que licet sint gr̄e: tñ sunt gratis date s̄m. et sic certitudo illa quā dicis p̄ modū gustus p̄tinet ad donum sapiētie: s̄m q̄ spūalis homo iudicat oīa etiā p̄funda dei. **E**x hoc dicto tuo etiā sequeretur q̄ nullus haberet certitudinem alicuius sensus mystici seu spūalis sacre scripture nisi existēs in gratia. **E**t cum nemo sciat de lege cōmuni: vtrum sit dign⁹ amore vel odio: sequit̄ q̄ nullus sciret se habere talem certitudinē p̄dicti sensus mystici de lege cōmuni: quod esset valde incōsonū rationi. **C**onsequēter dicis q̄ nō probo s̄ba sancti **T**ho. esse igne charitatis examinata: si bene attendisti verba mea sic dixi: **C**redo verba sancti **T**ho. esse igne charitatis examinata. vnde de credulitate mea nō requirit̄ aliud testimonium: nisi q̄ in dictis et in scriptis meis semp sequoz̄ istū sanctum doctorē vtiā digne et sufficiēter: nec ignoz̄ q̄ dicta sua in pluribus sunt impugnata p̄ plures ingeniosos theologos viros admirabiles: vt dicis: nec ex hoc impedit̄ mea credulitas seu prosecutio. **T**um quia sepe cōtingit doctrinas veras impugnari: tam in theologis: quoz̄ principū positum est in signū cui contradicē: q̄ in p̄p̄theticis. **T**um quia illa in quibus contradicē nō referunt vt firmiter credo ad expositionem alicuius passus sacre scripture an sic vel aliter teneat: et ideo talia apud me qui de solo vero intellectu sacre scripture et diuie cura magis sunt curiosa q̄ fructuosa. **U**nde et apostolus de similibus dicit: q̄ questionē magis p̄stant q̄ edificationē et c. **A**ltimo cōmendat̄ magistrū **N**icolaum: eo q̄ sententias sanctorū doctorū proprie sentētie postposuit vt auctorizaret opus suum: et si simpliciter illum cōmendarēs recte vtiq; facerēs. **C**omendandus enī est qui tanto studio et labore sacra scripturā exposuit sub plano et suauī stilo: sed miror te ex hoc illum cōmendasse q̄ sententias suas dictis sanctorum p̄posuit vt als ad auctorizandū opus suum: cum huic cōmēdationi non solā sacra scriptura repugnet. **L**egitur enim: **N**ō qui seipsum commendat ille probatus est. ii. **C**oz. r. d. et **P**ro verbiozū. p̄p̄ij. a. **L**audet te os alienū: non tuum: **H**oc etiam

Phus

lralis sensus
in tres species
diuiditur

S

Beatus Thomas

Ornico. de
ly. dicta sua
comendat

phusica doctrina suadet. **A**it enim philosophus: **L**audam⁹ se ipsos vituperantes. **S**ecundo p̄ oppositū seipsum laudare seu alijs p̄ponere nō est cōmendabile: p̄sertim cum postillatoze de quo loquimur vt ordinis minorū dignus p̄fessor humilitatem nō presumptionē sequi estimandus est: magna enim de se sentire hi qui mollibus vestiuntur in domibus regū esse consueuerūt. **N**ec enim adduci possum vt credā q̄ postponere sententiā sancti **H**ierony. vel alicuius sancti doctoris dicto **R**a. **S**a. p̄sertim vbi ratio non suadet cōmendatione reputes dignum. **L**auda ergo eum in quo laudandus est: in recta videlicet intentione: quā credo eum habuisse: et propter laborem magnum quem sustinuisse dubiū non est: vt sacra scripturam exponeret et pro maiori parte recte: nō autē ex eo q̄ a sanctorū doctorum interdum expositionibus indebite deuiavit. **S**ecundo vero cōmendans postillatozē ex hoc q̄ per habitū theologicum veritatē sententię habuit: licet in lacte non suffisset p̄prietatē hebraici sermonis: quod salua pace videt̄ minus rationabiliter dictū. **N**otum est enim q̄ habitus theologicus nō se extendit ad donum linguarū habendū: et ideo cum theologus dicit: sic est i hebraica veritate: et ibi non sic inuenit̄ nō est ex hoc cōmendandus. **C**omēdas eum tertio ex hoc: q̄ inter doctozes hebraicos non inuenit̄ meliozē theologum q̄ **R**a. **S**a. **C**irca quod notum est q̄ si in rei veritate ille fuit minus peritus q̄ alij: non debet cōmendari ex eo q̄ sequitur eum: p̄sertim in deijs et in confonīs auctoritatibus sanctorū. **C**omēda ergo illum in his vt ex his quibus cōmendandus est: et libenter amplectar cōmendationes tuas. **C**oncludendo ergo charissime frater non credas me reprehendere voluisse postillatozem: vt dicis. absit a me: sed potius postillam suam esse simpliciter cōmendandam expresse asserui in questione p̄dicta: licet in aliquib⁹ locis sententiam eam minus sufficere: quod nō reputatur vitium simplicit̄. **N**emo nāq; mortalium perfecte omnia examinare potest: sepe enim dormitauit **D**omerus. **S**anctū autem est in omnib⁹ scientijs: p̄sertim in scriptura diuina semp p̄honorare veritatē: vtiā frater dilectissime esles in meo consortio saltem aliquā tulo tempore: vt simul discurrere valeremus additiūculas has et sic experimento cognosceres: q̄ in illis locis in quibus ab eis dictis deuiare videor: celo veritatis non reprehendendi studio p̄cessi: et etiā in his nō iudicio proprio deuiam: sed sequendo maiorum sententiā. **V**ale frater in domino: et melioza charissima semp emulare et c.

Incipit prologus in replicas defensionis postille venerabilis ac deuoti fratris **N**icolai de lyra ab impugnacionibus domini **B**urgēsis editas a venerabili et religioso patre fratre **B**atthia doring sacri ordinis minorū p̄uincie **S**aponie ministro ad plurimozū rogatum: p̄fatam postillā vt veritate lucentem amplectantur.



Modestiam antiquam tenere homines iustos atq; sanctos decebat: et ordinata regulariter iniurijs nō grauare molestis. **N**am sicut minus bene gesta correctionis limam: sic optime facta laudem et gloriā requirunt. sed quia omnimoda perfectio solis diuinis rebus competit: in cunctis humanis operibus reperiri poterit quod reprehensione dignum est. cum modestia tamen vt ait beatus **A**ugustinus in principio retracta. que modestia non modo in agibilibus: sed et scibilibus locum habet. **N**am s̄m verum intellectum sacre scripture circa diuinum scibile errare non contingit: ideo ipsa sola hunc honorem sibi vendicat vt recte intellecta sine reprehensione consistat: vt vult beatus **D**ionysius de diuinis noibus. ca. ij. **N**ihilq; ei contrariū nisi omnino sit falsum. in ea quoq; nihil reperit̄ absurdum: s̄m **A**ugustinū. xi. super **G**ene. ca. i. **D**iuersitas igitur et contrarietas in eius expositione non habet ortum ex illa doctrina irrefragabili: sed ex eo q̄ eius expositores intellectum plenum non sunt assecuti: vt vult beatus **H**ilarius. ij. de trinitate. **Q**ue tamen expositozum diuersitas non omnino inutilis est: quinimo per ea pigricia studentium excutitur: vt veritas inquiratur: sicq; ecclesie proficiunt insurgentes hereses: vt inquit beatus **A**ugustinus. i. super **G**ene. contra manicheos. **O**mnes igitur sancti et catholici sacre scripture tractatozes antiqui nedom cōsentiedo: verumetiam salua fide dissentiendo a successoribus gratias meruerunt immortales. nam post et per eozum venerandos sanctosq; labores excitati pro patribus nati filij: doctores in eozum comparatione moderni non parum laude digni surreperunt: qui in sacre scripture expositione desudantes

A ut vitam haberent eternam talibus pmissam: ipsam elucidaverunt: sensum ipsius litteralem tanquam magis autenticum inquirētes: inter quos magister Nicolaus de Lyra in lingua hebraica simul et latina peritus: vniuersalior et p̄clarior reperitur: cuius spiritu tanquam pueri iunioris de minorum fratrum ordine deus illustrando misericorditer suscitauit. Ipse quoque sic scitatus: quod sine fictione didicit: sine inuidia cōdicauit: et tanquam sapientibus et insipientibus magnis et paruulis debitor effectus satisfacere cupiens: opus egregium cōposuit: et in ecclesie sancte gacophylatiū paup̄ p̄fessione cum vidua paup̄cula studere volentibus p̄futurū obtulit: et hoc ipsum opus suum postillam nuncupare decreuit. hoc inquam opus postille et si tante sufficientie fuerit quod ipsum non solum paruuli: sed et magni: nec solum fideles sed et infideles in dubijs circa sacre scripture litteralē intelligentiā requirūt: ipse tamen magister Nicolaus: vt vere humilis/imperfectū se recognoscēs: et vt pius culpā agnoscens vbi fortassis culpa non est: in p̄hemio sui operis: se et per euz scripta determinationi sancte matris ecclesie submittes: lectorem beniuolum: et correctorē efflagitat charitatiuū: sciens quod nemo ex omni parte beatus. **U**bi autē charitatiuū correctorē expostulat: insidiosum corruptorem inuenisse probatur. **N**ā quidā iudeus vt dicit in hispania ad fidem cōuersus: paulus in baptismo modestia postposita: p̄fata postillam ecclesie sancte necessariā: et cunctis studiosis venerandam: hostiliter inuasit: in moderatione p̄ beatū Hilariū. r. de trini. rephensiuē descripta vbi dicit: **C**ontra veritatē aut non intellectā: aut offendētē vel stulte vel vitiose volūtatis error obnitit. **I**n moderata est enī omnis susceptarum voluntatū p̄tinacia vbi non rationi voluntas subijcitur: sed his que volumus rationem inquirimus: et placidis doctrinā coaptam. **I**amque nominis potius quam rei erit doctrina que fingit. **H**os inquam immodestie modos (vt ita dicā) dicit paulus Burgen. manifeste tenuit: quia in multis ostēdit se postillā odisse: et vt non intellexisset vel intelligere noluisse: sicque eā tanquam irrationabilē/falsam/erroreaz: in multis improbauit: vt opus tā insigne tanquam laudabile/apud minus sapientes paruipensum reddat. **E**t vt imoderantiam p̄fatis modis assumpti colorare videat: inuasiones quas scripsit: additiones (quas vere sint corruptiōes) notaui. postillāque (vt patet in effectu) sicte cōmēdauit: nā in p̄hemio sui corruptorij de hac postilla scribens filio suo Alfonso sic ait: **Q**uonia inter innumerabilia pene opa quorū veritate diuina scriptura circūdata resulget: postilla Nicolai de Lyra: tam sui recentia: quam sui digna celebritate: clarescit: quod vtrūque testamentū discurrens studioso sensum litteralē: qui inter ceteros p̄cipuus est copiosa luculētia tradidit: hanc tibi donare: p̄posui: et quod legare cōceperā interviewo: non nude cōdonare: sed paterna additamēta paterno munusculo cumulare visum est. **H**ec Burgen. **U**nde si operi sic cōmendato non detrahētia addidisset: et vbi emendandū foret cū modestia emendasset: non esset locus redarguorij. **S**ed quod sub titulo additionū/ calūnias corruptorias miscuit: quantum p̄ eū stetit: minus cautius opus vile reddere studuit: et ad modū scorpiōis facie blādiēs/cauda pupugit: et corrupit: quatenus ope sic vilificato: sensus sacre scripture litteralis et p̄cipuus: alibi ita plane/plene/ et cōpēdiōse non repibilis: non minus negligenter quam periculose transiret in abusum. **E**go frater **H**atthias ordinis fratrum minorū inter sacre theologie p̄fessores minimus: puincie Saxonie minister indignus: ad multo p̄faram postillam care pendentū roga: tū: certamē cōtra Burgen. p̄ magistro Nicolao suscepi: non vt postille quod seipsam sufficienter defendit cōferā adminiculā: sed vt ostendā magistrū Nicolai et eius opus: sine modestia stimulo inuidie: aut vane glorie: vel vtriusque a Burgensevili ter impugnatū. **E**t sic opus Burgen. vere est postille corruptorij: ita vt opus illud: cū deo fauente cōsumatū fuerit: correctorij corruptorij venit merito nūcupandū: in quo corruptorio quicquid dicitis magistrū Nicolai non obuiat: et si rephensio: ne dignū: tū vt additamētū relinquā intactū: nec vim faciā: vbi Burgen. aliquē passus alit quam postillator exponit. **S**ciem⁹ etiā apud sanctos doctores: eiusdem passus esse varias expostiones: nisi fortasse a veritate vel a cōmuni sententia doctorū notabiliter deuiaret. **I**n hoc autē opere et quocumque alio p̄ me facto vel in posterū fiendo: me totū dignis et legitimis correctoribus submitto: et si in hoc ope reperiat: quod dixerim Burgen. delirare: non recipiat vt blasphemā: sed ad lram quod delirat: quod cū lra non cōcordat. **P**rimo enim punctū corruptoris fideliter referā: de hinc quid et quantum cōtra postillā magistrū Nicolai facit

ostēdā. **H**oc p̄supposito circa sensum lralem: quod et postillator et Burgen. p̄ncipaliter querūt: quod adequata ratio sensus lra lis sit: et quod sensus litteralis sit ille qui est verus rōnalis: p̄ spiritū sanctū intentus: et p̄ voces aut res sine absurditate significatus. **I**ta rō adequata sensus lra lis habere a b̄to Aug. Ratio adē quata eosdem ad id allegat in disputatione questionis p̄ambule. **R**eplīca cōtra quedā dicta Burgen. in questione p̄ambula. **I**n cui⁹ questionis articulo quarto Burgen. notat postillatorē in duob⁹. **P**rimo quod p̄ponde rat expositionē infidelīū. **S**ecundo quod dissimulauerit reuerentias et auctoritates sanctorū doctorū. **Q**uid veritatis sit in primo: dicit in loco per Burgen. allegato: videlicet **S**en. i. **C**irca secundū notādū: quod sanctorū auctoritas et reuerētia vbi et facti locuti sūt: semp̄ debet a fidelibus venerari: vt p̄t. xv. dif. decreti p̄ totū: vbi autē vt hoies et ex opinione locuti sunt: nec sancti in h̄mōi sibi volunt honorem deferri: vt p̄t. iij. sup. **S**en. ad lram. ca. xij. **S**ciuerūt enī sancti quod ex opinioe sapientie cōtra dicit sine vitio sapiētī: imo expedire videt in materia opinabili dubia moueri. **N**ā sicut beatus Aug. j. sup. **S**en. contra **D**anich. **E**cclēie p̄ficiūt insurgētes hereses: ad excutiendū p̄gritā: **I**ta expedit in ecclesia p̄trarias eē opinioes: eadē rōne: et quod cōtrarie sancti doctores opinent in pluribus sacre scripture passibus: non nisi dicta sanctorū ignorans ignorat. **N**ec puto incōueniens dicta infidelīū assumi in expositionē sacrarū scripturarū et cōfirmationē dubiorū occurrētū. **N**ā beat⁹ Aug. facit sic. iij. cōfēs. in principio: et multis alijs locis: vbi assumit et laudat dicta Ciceronis et Platonis et aliorū. **O**mnia enī quod cōtra fidē non sunt/ licet assumere in adiutorij. **O**mne enī verū cōsonat ex. j. **E**thi. **E**t fortassis veritas fidei posita ab infidelibus: ea quod sunt fidei cōfirmat: vt dicit. xi. de ciui. dei. ca. xj. et ij. de doc. christiana beatus Aug. ad p̄positum dicit: **S**i qua forte fidei nostre accōmoda dixerint: non solum formidanda non sunt: sed ab eis tanquam iniustis possessoribus in vsum nostrū v̄dicanda. **E**t posito exemplo de iudeis spoliatis egyptios subdit: sic fecerat **C**yprianus doctor suauissim⁹ et martyr beatissim⁹: **L**actānius: **C**icorīanus: **O**ptanus: et **H**ilarius. **F**rustra ergo Burgen. postillatorē in eo redarguit: cū et ipse met **A**risto. dicta aliquotiens adducit. **I**n sexto articulo ei⁹ questionis post verā: quis apud Burgen. fictā cōmendationē postillatorē ipse Burgen. vituperat in tribus. **P**rimo dicit in postilla irrationabiliter postponi dicta sanctorū: et specialiter sancti **T**ho. cui⁹ dicta dicit igne charitatis examinata: et naturalis rōnis dictamine multipliciter purgata. **A**d **B** dico quod Burgen. in postillatore egre ferre non debuit: quod ipse met sepe facere cōsuevit. **I**n plerisque enī locis (vt patebit in p̄cessu) et beatū Aug. **H**iero. **G**reg. **I**sid. et sanctū **T**ho. quē ceteris gradū cōpēdit postponit sine ratione: quod in postillatore non reperit: quod nullius sancti dictū reprobatur: nisi ex maiori ratione et auctoritate declinandū ostēdat. **E**t sp̄aliter huic Burgen. videt crimen lese maiestatis repugnare: cū dicta sancti **T**ho. p̄ferre videt dictis Aug. **G**reg. **H**iero. et aliorū. quasi illa non sicut ista sint igne charitatis examinata: et quasi illa sicut ista non egeant retractatione. **B**eatus enī Aug. in exordio sue retractatiōis dicit: quod in multiloquio peccatū non deerit: quod non habet primas p̄tes sapientie. s. recte docēdo: habet salte secundas. s. modestie: in reuocādo errata. **C**ōcludit: qui ista scituri sunt non imitent me errantē: sed in melius p̄ficiētē. **M**odestū fuisse Burgen. sanctū **T**ho. b̄to Aug. non p̄ferre: quasi omnia dicta sancti **T**ho. sint prima vera: quā multa dicta beati Aug. sunt hodie opinabilia: quod etiā libros suos sup. **S**en. ad lram reputat magis esse inq̄sitiuos quam diffinitiuos: et quedā dicta ei⁹ etiā non retractata: a moderna scho la cōiter non recipiunt: vt de rōne intelligēdi opa sex dierū rē. **N**ō igit egre ferat Burgen. si dicta b̄ti **T**ho. non vsquequam recipiant. **S**ecundo autē Burgen. notat postillatorē quasi non fuerit p̄fect⁹ in idiomate hebraico: eo quod a pueritia non didicit. **S**ed illa rō non valet: quod stat senē addiscere idioma quodcūque p̄fecte. **N**ec Burgen. debuit ex eo notare postillatorē: sed ei gr̄as agere: quod ad exaltationē catholice fidei: et sacre scripture dilectioe: tū impedit studiū: vt intellectū lingue hebraice etiam adultus assequi mereret. **Q**uod si rephensibile est: venit beatus **H**iero. s̄l̄r culpā dū: quod absit. **T**ertio Burgen. culpā postillatorē: quod secur⁹ est **R**a. **S**a. potius quam alios hebreos eo potiores. **R**espōdeo quod postillator non sequit nec illum nec alios: nisi quantum ratio et fides admittūt: imo hi quod Burgen. p̄fert **R**a. **S**a. non reperiunt fidei plus fauisse et rōni: nec scripturā clarius exposuisse quam **R**a. **S**a. vt patebit in locis suis. **I**ncipit expositio

Op postill
le
Paup bur
gensis
Hilarius
Additiōes
Burgen.
Sensus lra
lis
Hatthias
thoring
Correctori
um corrup
torij.
Ordo cor
rectorij

Sensus lra
lis
Ratio adē
quata
Sanctorū
auctoritas
Dicta infi
deliū
Dicta tho.
Partes sa
pientie
Libri Au
gustini sup
Sen.
Lyra nō p
fect⁹ hebre
Ra. Sa.